BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
L
C
1
NAPOLI

Digitized by Google

L.
C
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO HISTORICA
DE TUMULO
S. MARCELLINÆ VIRGINIS
SORORIS SANCTISSIMI PARENTIS NOSTRI
AMBROSII

IN EJUSDEM IMPERIALI BASILICA HUMATÆ,
EX VETUSTISSIMIS, ET RECENTIORIBUS MONUMENTIS
COLLECTA,

Ex qua multum quoq; luminis effluit antiquo Ambrosianæ Ecclesiæ decori explicando, augendoque perutilis,

STUDIO, ET OPERA

JOSEPH SEPTIMII A LAUDE,

S. T. D., ARCHIPRESBYTERI IN EADEM BASILICA,
NEC NON SS. AMBROSII, ET CAROLI OBLATI,

ET D. ALANI DE MACULANIS

S. T. MAGISTRI, MONACHI CISTERCIENSIS, ET IN MONASTERIO AMBROSIANO
ARCHIVO, ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI.

MEDIOLANI, Excudebat Anno Jubilæi MDCCXXV.
Petrus Franciscus Nava. *Superiorum permissu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EM.^MO, ET REV.^MO PRINCIPI

BENEDICTO

TIT. SS. DUODECIM APOSTOLORUM
S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI ODESCALCO

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANI

JOSEPH SEPTIMIUS A LAUDE,
ET D. ALANUS DE MACULANIS
FELICITATEM.

Virium noſtrarum imbecillitati demandans utrumque Ambroſianæ Baſilicæ Sacrum Collegium, ut Corporis S. MARCELLINÆ VIRGINIS, ex antiquiſſimi Tumuli ruditate, & tenebris tandem aliquando educti, poſſeſſionem, veritatemque ante Civium, Exterorumque oculos ſtatueremus, injunxit etiam, quod nobis unicè in votis erat, ut qualeſcumque hi labores noſtri Tibi PRINCEPS EMINENTISSIME nuncuparentur.

rentur. Etenim melioribus neutiquam auſpiciis inſigne hoc Templum novi, ac ter magni decoris additamentum explicare poterat, quàm Tuis, cujus peculiari, ac largiſſimæ debet Beneficentiæ, & quòd proximè imminenti excidio ad ſolum miniinè deductum ſit, & quòd magnificentiùs, atque ornatiùs Conditori ſuo, ac Patrono ſit reſtitutum. Ades enimvero PRÆSUL OPTIME, ades Urbi, ades Vaſtiſſimæ Diœceſi, quam, licèt in remotas Valles, & invios, præruptoſque Montes diſtributam, inviſere, ac diligenter luſtrare voluiſti, ingerens omnibus, non tam verbo, & exemplo, quàm vel ſolo occurſu Tuo odium ſcelerum, Evangelicæ cultum Legis, cæterarumque Eccleſiaſticarum Sanctionum obſervantiam, ſimulque omnes Tibi devinciens, cum ſingulos aut participes, aut admiratores efficias largitatis Tuæ. Cum tamen in reficiendis, ditandiſve Delubris, alendis ad duriorem pauperiem temporum calamitate redactis Sanctimonialium Aſceteriis, tuendà periclitantium Virginitate puellarum, ac pluribus aliis, iiſdemque excellentioribus, quæ Tibi

quo-

quotidie præ manibus ſunt, pietatis operibus, Te ipſum, ac cenſus Tuos dividas, ita nihilominus totum amantiſſimum animum Tuum in reſtaurandà, augendàque Sacrà Ambroſii Æde collectum experti ſumus, ut verè Te nobis oſtenderis Sacerdotem Magnum, qui non ſolùm ſuffulſit domum, & corroboravit Templum, ſed ipſiuſmet Templi primævam granditatem amplificavit. Nactus es, quodammodo hæreditario jure, Religionis ſtudium, quo ERBÆ FAMILIÆ Nepotes ſemper implevit Clariſſima Series Avorum: Vehementiùs hoc tamen in Tuis accendit viſceribus BENEDICTUS ODESCALCUS, Supremo Pontificatu, arduis, ac difficillimis temporibus, fortiter, & ſanctè geſto ſub INNOCENTII XI. vocabulo, ſerę etiam poſteritati futurus celeberrimus, quem Tu, non tantùm Sanguinis cognatione attingis, verùm & accepto inter ſalutaris Regenerationis Latices Nomine, & adjuncto per Summum Antiſtitem vltimò defunctum, CLEMENTEM Cognomento, &, quod auguſtiùs eſt, Paſtoràlium imitatione virtutum propiùs refers. Cœleſti hoc flagrans

igne ſubditam ſuaviſſimo regimini tuo Mediolanenſem Provinciam diligis: Aſt non aliam ejuſdem partem magis diligere viſus es, quàm Baſilicam hanc, cujus incrementis, & cultui meliores curas, & ſumptus impendis; ac ſi timendum foret, ne non ſatis, & pro merito videreris Ambroſium venerari, niſi princeps hoc Ambroſii Monumentum omni contentione Tibi probares cariſſimum. Cum igitur inclytæ Virginis exanimes Artus vetuſtiſſimis ruderibus ſubducti præcipuum ex ornamentis ſint, quæ debemus Beneficentiæ Tuæ, haud vereri poſſumus, quin humaniſſimo patrocinio tenuem licèt lucubrationem excipere velis, quæ eò duntaxat tendit, ut primùm emergentis in lucem nobiliſſimi Theſauri dignitatem apertam, cuilibet, & perſpicuam reddat. Pleni proinde hujus ſpei, atque animi, nomine utriuſque Eccleſiaſtici Ambroſiani Collegii, eandem humillimè dicamus Tibi, affuſique Sacro Tuo Murici enixè precamur, ut, quemadmodum hactenus Te oſtendiſti, ſis hujus Templi, Noſtrùm, & rerum noſtrarum, Soſpes diù Cuſtos, Præſes, & Decus.

AD LECTOREM.

Erris jam pridem erepto Satyro, ter Magni Mediolanenſis Antiſtitis Ambroſii Fratre, obiit ipſemet Ambroſius pridie Non: Apriles, anno nonageſimo ſeptimo Seculi IV: ab Æra Chriſti, ut colligitur ex ejuſdem vita cùm a Paulino elaborata (a), *tum a Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri, ſecundùm Chronologiæ ordinem, exactiſſimè digeſtâ* (b): *MARCELLINAM verò utriuſque Sororem majorem natu, poſt acerbiſſima hæc domeſtica funera, Mundo deceſſiſſe XVI. Cal. Auguſtas unanimiter docent Martyrologia: Quis tamen annus feliciſſimam eximiæ Virginis diebus coronidem impoſuerit nullę nobis, quas hactenus viderimus, vel antiquæ, vel recentiores ſignarunt paginæ. Quoniam itaque, teſte Seneca* (c), *conjecturis ire in occulta tantùm licet, certum ſit, ut ex Auctoribus, & aliis Monimentis in hac Diſſertatione adductis clarum fiet, juxta Pontificis germani Tumulum exanime ejuſdem Corpus in Ambroſiano Templo*

(*a*) Num. 32.
(*b*) Num. 144., & 146.
(*c*) Nat. quæſt. cap. 29.

Templo ſepultum fuiſſe a S. Simpliciano Ambroſii primo Succeſſore = antiquâ morum probitate, probatâque diù doctrinâ toti Orbi Occidentali conſpicuo, = ut loquitur de eodem Baronius (d). *Nec credere pariter verearis egregium hunc Præſulem, jam initio ſui Pontificatus gravi ſenio laborantem, quarto glorioſiſſimi regiminis anno Cœleſte evocatum fuiſſe ad Regnum; Huic enimvero opinioni aſtipulantur diligentiſſimi Scriptores, nimirum ſupracit. Baronius, Galeſinius, & alii, quibus facem prætulit Concilium III. Carthaginenſe, celebratum anno primo Seculi V., ut ex Codice Aphricano diligenter excuſſo per Philippum Labbeum, & Gabrielem Coſſartium; ab eodem ſiquidem venerabili Patrum conſeſſu deſtinati legantur Nuntii Anaſtaſio I. Rom: Hierarchæ, & Venerio Mediolani Archiepiſcopo ad Sacerdotes poſtulandos, qui colerent Eccleſias Aphricæ, & ſanioribus Catholicæ Fidei præceptis imbuerent. Vitâ proinde, naſcente primum Seculo V., functus erat Simplicianus, cui Venerius ſtatim ſucceſſerat. Hinc vides nonniſi in extremis Seculi IV. periodis emortuam Marcellinam, poſtremò nobis ſervatum, ex tribus, quæ Roma dederat, Ambroſianæ Familiæ ornamentum, & decus. Cum ergo ſupra tredecim Seculorum vel invidia, vel cura, rudi, ac inbonoro prorſus ſaxo clauſum, ereptumque oculis, cuſtodierit Virginale hoc Corpus, ut in conſpectum datum eſt, haud injucundum futurum duximus, ſi, quæ collocatos, cultoſque ſemper in*

hujus

(d) Ad ann. 397.

bujus Baſilicæ Hypogæo caſtiſſimos Artus teſtantur, graviora, eademque plura, ac plura Monumenta publicis obtutibus in vnum collecta exhiberemus; Ex his enim Mediolanenſi non ſolùm Urbi, ac inſigni huic Templo tanti accreſcet Theſauri gloria, verùm, quod maximum fuit incitamentum laboris, facilius quiſpiam intelliget qualis, ac quanta fuerit ſemper opinio Virtutum, ac Sanctitatis Marcellinæ, cujus obſequio addictos Cives, & Exteros, Duces, & Reges, Antiſtites, & Purpuratos Romanos Dynaſtas, etiam multùm remotâ a diebus ejuſdem obitus temporum ſerie, deprehendet.

Opus autem fuit nobis etiam inquirere, leviter ſaltem, de celeberrimæ bujus Sacræ Ædis primordiis, & penitioris Sacelli vetuſtatem explorare, non urgente cupiditate excutiendi, ſcrutandique exeſas penè plurium Seculorum carie memorias, quod præcellentibus etiam animo, & doctrinâ Viris arduum, ac infeliciter ſæpe tentatum ſtudium eſt, ſed ut magis eluceſceret firmitas glorioſiſſimæ poſſeſſionis a tam priſcis ætatibus derivatæ. Præterquamquod, cum & imminentes Delubro ruinæ, & ſubterranei Sanctuarii inops nimiùm ſtatus deſcribi debuerint, quibus, validâ, effuſâque manu, occurrente Eminentiſſimi Principis noſtri Religione, ſanctiſſima Lipſana primævo e Sepulcro educta fuere, operæ pretium erat oſtendere bujus antiquitatem Ædificii, ut liqueret in miſerrimam adeò conditionem, non hominum, ſed temporum præcipuè vitio, ac malignitate

rem

rem Ambroſianam redactam fuiſſe. His excitati ſtimulis evolvimus Membranas, Authographa, Codices, Tabulas, aliaque non pauca probatiſſimæ eruditionis monimenta, quæ cùm in publicis, tum in privatis Archivis reperimus, ſe ſe vividiùs animo ad ſuſcepti laboris proſecutionem erigente, quòd nullus ſe objiceret Scriptor, nulla pagina, nullus apex, cujus livore cauſam noſtram labefactari, ac evertivideremus. Reſpice tu igitur humaniori, quàm mereatur, oculo præſens opuſculum: Hebetem, & rudem ſtylum, verba, ſi quæ minùs caſtigata, Chronologiæ errata, ſi quæ obrepſerint, ut facilè evenit perveteres ætates inveſtigantibus, gravi nimis, rogamus, ne ſupercilio damnes. Reſpiciat tamen (in quod noſtrorum tendit votorum ſumma) cœleſti benignitate humillimi cultus teſtimonium MARCELLINA, nobiſque, & Cinerum ſuorum gloriæ adſit proprio, & germani Pontificis perenni patrocinio. Vale.

INDEX §. §.

§. I.

De Origine, & recenti Reſtauratione Ambroſianę Baſilicę.

§. II.

De Confeſſione, ejuſque Origine, & Reſtauratione.

§. III.

De Arca, & Corpore S. Marcellinæ ex eadem educto.

§. IV.

An publicę Venerationi exponi poſſit Corpus S. Marcellinę.

§. V.

S. Marcellinę Virginis Corpus Mediolani in Ambroſiana Baſilica humatum.

§. VI.

§. VI.

In Ambroſianę Baſilicę Confeſſione oſtenditur Tumulus, & Corpus S. Marcellinę.

§. VII.

De Loco Loci in eadem Confeſſione.

§. VIII.

De antiquitate Epitaphii, Altaris, Sacrificiorum, & Feſtivitatis S. Marcellinæ ad confirmandum Locum Loci.

§. IX.

Adducuntur nonnulla alia documenta ad magis illuſtrandum Locum Loci.

§. X.

Epilogus Operis.

DE

Digitized by Google

DE ORIGINE,

ET RECENTI RESTAURATIONE AMBROSIANÆ BASILICÆ.

§. I.

I. Asilica, quæ ab Ambroſio, tunc Sacrorum Antiſtite, Ambroſianæ appellationem duxit, ut ex ſua ipſius ad Marcellinam Sororem epiſtola teſtatum habemus (*a*), quo primùm Auctore orta ſit, non ſatis conſtat inter Scriptores. Etenim, ſi Donatum Boſſium in ſuis Chronicis Mediolanenſibus ad annum CCCXC., ſi Bernardinum Arlunum Sect. I. Hiſtoriæ hujus pariter Urbis, ſi Franciſcum Cicerejum in ejuſdem Monumentis ab Alciato prætermiſſis, conſulas, tibi exhibetur hoc Templum, necdum redempto Terra-

(a) *Epiſt. 22. ſcript. ann. 386. juxta PP. Bened. S. Mauri.*

rum Orbe, nuncupatum Æſculapio. Qua tamen ductus ratione hoc aſſerat, accipe ex verbis ipſius Boſſii : = Argumento eſt (inquit) quod adhuc in medio ferè Templi, in marmorea Columna, Æneus Serpens erectus eſt, in qua forma Æſculapius colebatur, quem populus in languorum remedia viſere ſolebat =. Verùm, cum teſte Arluno, (cui hoc omnino non diſplicet), pauci duntaxat, iique leves, obſcurique nominis Scriptores huic placito adhæſerint, neſcimus quomodo obtinere locum in hiſtoria, fidemve demum potuerit. Galvaneus Flamma (*a*), Puricellus (*b*), Bonaventura Caſtillionæus Sanguinis, Eruditionis, ac Pietatis exiſtimatione celebris, & hujus Baſilicæ Præpoſitus (*c*), cum aliis, docent circa medium ejuſdem poſitas olim fuiſſe geminas ex peregrino marmore Columnas, quarum uni, in latere dextero ingredientibus per Portam maximam collocatæ, impoſita erat Crux magna, in cujus meditullio ſalutaris Ligni, in quo Chriſtus prò humani generis piaculo pependit, haud modica portio claudebatur: Alteri verò ex adverſo aſſurgenti, in latere ſiniſtro, ſupereminebat Æneus adnotatus Serpens, itaut hinc Redemptionis Symbolum præcelſo in Angue, illinc ipſammet Myſterii veritatem exhibere nobis contemplandam voluerit quicumque ex Præſulibus noſtris duplicem hunc Lapidem excitavit, ornaviſque, ſive is Ambroſius fuerit, ut plures

(a) *Chron. Flos flor. fol.* 127. *pag.* 1.
(b) *In Monum. Ambr. Num.* 198.
(c) *In vit. S. Euſtorgii Primi MS. pag.* 146.

plures magni nominis Auctores contendunt, ſivè Arnulphus, quem Flamma, loco ſupracitato, vocat de Arſago de Seprio, quod noſtra non intereſt expendere. Utriuſque hujus Monumenti ſpecimen nobis etiam exhibuit, miniario opere, Pictor in fronte Miſſalis, ex pergamena, effingens Regiam propemodùm exultantis Baſilicæ pompam, & cæremonias, inter quas emeritum Johannis Galeatii Vicecomitis Caput, primi Mediolani Ducis, domino Diademate redimivit Antonius Salutiarum Princeps, & Archiepiſcopus noſter anno MCCCXCV., quod Miſſale dono datum ab eodem Sereniſſimo Duce cuſtoditur adhuc in Archivo Capituli Secularis. Quo tempore tamen, quo fato, cujus invidiâ, vel ſcelere & Crucem amiſerimus, & ſuppoſitum Lapidem, tacuere unanimi quaſi conſpiratione exteri, patriique Scriptores. Celeberrimum autem Anguem uſque in hos dies habemus incolumem, ſed alium prorſus ab eo, quem ſuperſtitioſa tempora effinxere Æſculapio; Quis enim vel hoſpes in literis apprimè non calleat diſſimili omnino exprimi ſpecie, habituque neutiquam illi reſpondente, quo vetuſtiſſimæ Ambroſianus Columnæ inſidet? Hic quippe, erectis capite, caudâque, implicat ſimplici volumine corpus: Illum circùm virgam revolutum nobis offerunt Aldrovandus, & Cartarius in libro, qui inſcribitur *Icones Divùm*, vel compluribus ſpiris terga ſinuantem Numiſmata tam Græca, quàm Latina præfigurant. Verùm, etſi hoſce aliqua ſaltem formæ proportio confunderet Colubros, nullus

vel rimas ſcrutanti daretur ambigendi locus, num ille idem Catholicâ ſecurus emineret in Æde, qui olim Gentium colebatur in Aris; Omnem ſiquidem dubitationem abraderet vividior ſemper de Ambroſio fama, qui eâdem imperterritâ, ac pugnaci Religione, qua ſuperſtitiones alias evertit, nullomodo pati potuiſſet in Templo Urbis nobiliſſimo, ac ſibi cariſſimo inultum Anguem ethnicæ teſtem impietatis. Anne, qui iratas imperantis Juſtinæ non extimuit Aquilas, vereri poterat mutum, ac rigentem Hydrum? Qui cruentum Cæſarem ingreſſu Templi impavidus prohibuit, deſidi-tuliſſet patientiâ, inter Chriſti, ac Martyrum Aras, triumphali quaſi in culmine ſuperbiens Epidaurii Idolum?

II. Nec ſanè minùs a veritate aberraſſe eos putemus, qui credidere, ad Mediolanenſis Eccleſiæ gubernaculum ſedente Ambroſio, ſtetiſſe hoc Baccho dicatum inſigne Delubrum, quod deinde Sanctiſſimus Pontifex elegantiorem in formam reſtauratum primò Sanctorum omnium Martyrum, poſtmodum verò Beatiſſimorum Fratrum Protaſii, & Gervaſii, quorum recèns inventas ſub Ara principe condiderat Exuvias, nomini, ac meritis conſecraverit; Profligatam enim Arrianorum hæreſim Ambroſii eloquio, & calamo Hiſtorici docuere: At verò nullum ipſi cum Ethnicis negotium interceſſiſſe legimus: Moviſſe quidem omnem lapidem, ne ſuadente Symmacho excitarentur Altaria Victoriæ, ne ineuntis anni Calendas contaminarent prophani ritus, ne Combibonum Agapes, & fucata pietatis ſpecie

con-

convivia in Superùm Fanis inſtruerentur, ne demum hæc Eccleſia, quam ut Sponſam adamabat, vel minuſculam ſuperſtitionis maculam, aut rugam haberet, teſtantur Auguſtinus (*a*), Baronius (*b*), & alii; ſed ne digitum quidem vertiſſe intelleximus, ut excitata Diis Gentium in hac Metropoli Delubra aut dejiceret, aut Cœleſtis Agni Sanguine diluta Regi, ac Numini immortali ſacraret. Imò, cum emortuo Maximiano, ſcilicet circà initium Seculi IV., antequam e vita migraret inſulatus noſter Fidei Athleta Maternus, unà ſimul cum impio Cæſare, omnis Idololatria Mediolani expiraverit, ut animadvertit Petrus Paulus Boſca Ambroſianæ Bibliothecæ Præfectus in ſuo Serpente Æneo, apertè liquet, antequam Ambroſius Sacrorum curam ſuſciperet, everſa jandiu fuiſſe, atque extincta penitus, ſi quæ extabant, Ethnicæ Religionis Monumenta.

III. Et ſanè in hac præcipuè Area Seculo IV. nullam Baccho, vel alteri commentitiæ Divinitati inauguratam domum perſeveraſſe facilè colligi poteſt ex ſcriptis Triſtani Calchi (*c*), in quibus agens de obitu Caji, poſt Barnabam ſecundi Mediolanenſis Archiepiſcopi, qui ad annum LXXXVIII. primi Seculi refertur, hæc habet: = Spiritum poſuit, ſepultuſque eſt in Polyandrio Philippi: Ita vocarunt locum in Hortis, quos prædives Homo uſui Religionis dicaverat: nunc idipſum ſpatium Am-

(a) *Lib. 6. Confeſs. cap. 2.*
(b) *In vita S. Ambroſii.*
(c) *Hiſtor. Patriæ lib. 1.*

Ambroſiana Æde, Cœnobioque occupatur=. Si igitur hic locus in Catholicæ Fidei beneficium, & incrementum jam ceſſerat, ſi Polyandrion appellabatur, quod græco idiomate Sepulcrum Hominum ſignificat, quæ pars, te amabimus, ejuſdem, non ſinè indecori famulatus tædio, & contemptu, ſervire Idolis poterat, iiſdemque mactatas ſacrilegas Victimas pati? Præterea, cum poſt Cajum, regente rem Eccleſiaſticam Caſtritiano, domeſticos Lares in Templum omnibus primò Cœlorum Incolis, ac poſtmodum ſacrum SS. Martyribus Nabori, & Felici commutaſſet præfatus Eques, Chriſtianæ Religionis planè ſtudioſiſſimus, cumque æmula paternæ Pietatis Munificentia Portii, ac Fauſtæ duas alias Baſilicas, a Conditoribus ſuis Portianam unam, Fauſtinianam alteram nominatam, hiſce in jugeribus ædificaſſet, nobis compertum manet nullum hic conceſſum, ſuccedentibus annis, ſuperſtitioni aditum, ſed loci Sanctitatem omnino integram, inviolatamque perſeveraſſe.

IV. Primis itaque eductam e fundamentis imperio, & ſollicitudine Ambroſii Sacram hanc Molem nos credimus, conſpirantibus in hanc opinionem graviſſimis Auctoribus; Gregorius enim Turonenſis (a) Seculo VI, ſermonem habens de invictiſſimis Tutelaribus noſtris Protaſio, & Gervaſio, ac de eorum Corporibus in fortunatiſſima Baſilica noſtra conditis, hæc habet: = Quæ Beato Ambroſio revelata, atque ab eodem reperta, in Baſilica,

(a) *De Gloria Martyr. Cap.* 47.

Baſilica, quam ipſe proprio ædificavit ſtudio, oſtenſis miraculis, ſunt ſepulta =. Baronius (*a*) = Ipſe etiam (nimirum Pontifex optimus) voluit ſepeliri in Ambroſiana a ſe erecta Baſilica =. Bugattus (*b*), Caſtillionæus in opere ſupracitato, ac demum, cum pluribus aliis, fuſius Puricellus (*c*); Poſt enumeratas namque tres alias Baſilicas ab eodem Sanctiſſimo Paſtore extructas (ut refert etiam Chronicon Flos Florum, & Flamma in ſuo Chronico majori), ſcilicet Deiparæ, ac cæteris Virginibus unam, quæ nunc S. Simpliciano, aliam Petro, ſociiſque Apoſtolis, quæ S. Nazario, tertiam Prophetis omnibus, ac Confeſſoribus, quæ S. Dionyſio nuncupatur, de noſtra hæc ſubdit: = Tam proprio igitur, ac ſingulari ſtudio S. Præſul, præ cæteris tribus, hanc nobis videtur unam ædificaſſe, ut nomen etiam Baſilicæ Ambroſianæ illi uni, vel ab initio propterea, in ore famæ reliquerit =.

V. Neque vel leve negotium faceſſit aut marmoreum ſimulacrum peritiſſimi Artificis ſcalpro elaboratum, erectumque olim in ipſomet ingreſſu Odei, quod alii dicunt Herculis, alii Panos, ſed Alciatus in ſuo MS. cenſet fuiſſe Bacchi: Aut quadratus, ingenſique lapis, inſculptos Vindemiatores, ac pendulas e Vitibus uvas repræſentans, qui tranſverſim ſupra Oſtium ſacræ Turris prope Canonicorum domos viſebatur, ex quibus, tanquam

(a) *Tom. 4. de S. Ambr. ad ann.* 383.
(b) *Hiſtor. univerſ. lib. 2. Ital. idiom.*
(c) *Monum. Ambroſ. num.* 1.

tanquam e certiſſimis documentis eruunt nonnulli hanc jampridem Libero Patri ſacratam fuiſſe Ædem, & duntaxat repurgatam ab Ambroſio primùm, ceu quoddam Augiæ ſtabulum, & rei poſtmodum Divinæ ſanctiùs dicatam; Facilè ſiquidem hiſce coagmentatum marmoribus fundamentum evertimus; Toreuma enim inſculptas præferens fœcundo palmite vineas, nonniſi circa annum MCXXVIII. collocatum fuit in nova Turri, tunc temporis ſub Anſelmo V. Archiepiſcopo conſtructa, ut ex ejuſdem Diplomate in pergamena, quod reperitur in Archivo Canonicorum, & incipit, *Convenit noſtro*, diverſiſque in calce ſubſcriptionibus munitur. Statua autem, non Pana, ſed Bromiùm exprimat, nihil penſi habemus. Nolimus interim inficias ire, antequam Barnabas primis Chriſtianæ diſciplinæ tyrociniis Civitatem hanc imbueret, hoc Baccho Fanum extitiſſe, ſed (ut tradit Caſtillionæus in Vita S. Caji) non procul ab Arce, quæ à Conditore ſuo M. Marcello Inſubrum Domitore nomen accepit, cujus viſuntur adhuc intra ſepta Aſceterii S. Mauritii (quod vulgò dicitur Monaſterium Majus) magna veſtigia, ſeu etiam ſi placet, ubi impræſentiarum apertum eſt Ambroſianæ Baſilicæ Odeum. Hoc ipſo tamen, unà cum aliis ſuperſtitioſæ Antiquitatis monumentis, ſive vetuſtate collapſo, ſive potiùs Catholicorum indignatione decuſſo, collecta fuere haud pauca rudera, præſeferentia etiam Idolorum vultus, & ſymbola, congeſtaque, velut trophæum debellatæ Gentium Religionis, in hujus Tem-

pli

pli eximiam ſtructuram. Hinc ſparſim, ac præcipuè in Veſtibulo ejuſdem apparent variæ Belluarum effigies, Paraſtadis, aliiſque inſculptæ lapidibus, abſque ullo ordine, & Artis lege diſpoſitæ. Fortè ne, quemadmodum ex Lenæi Simulacri, ſic ex harum occurſu inanium Deorum turbam ſomniabis, quibus ante glorioſiſſimum Ambroſii Pontificatum locatam dicas hanc Aulam?

VI. Præfulgens igitur & dignitate, & peculiari benevolentiâ tanti Conditoris Delubrum, cui nimirum vivens cariſſima ſibi Pignora, Oſſa ſcilicet commiſit Protaſii, & Gervaſii, quos, præ cæteris Regiæ Cœleſtis Proceribus, in ſui, ſuæque Eccleſiæ Deſenſores aſſumpſerat, cui pretioſiſſimum moriens Theſaurum, proprium nempe Corpus legavit, perpetuò duraturi arrham patrocinii: A quo prima Reginæ auſpicia ſuccedentes ſacro in Solio Hierarchæ (*a*), Italicum Diadema Reges, ac Cæſares, ſupremæ Poteſtatis inſigne Sertum Duces Inſubrum flagitabant: Cujus inibi collectæ non ſemel plurium Epiſcoporum Synodi, humata multorum Corpora Sanctorum, frequentes Pontificum, & Principum Tumuli Amplitudinem, Sanctitatemque claram maximè, ac teſtatam faciunt: Hoc ſcilicet toti penè Catholicæ Reipublicæ notiſſimum, & venerabile Templum jam proximam ruinam minitabatur, ac quaſi actum erat de præſtantiori hujus Metropolis Sanctuario, cujus ad Aras nonniſi ſecuri votorum, & ſponte ſua, & urgente durioris neceſſita-

 tis

(a) *Codex in Archiv. Archipresb. Metropol. de Angelb. pr.*

tis ſtimulo Cives ſimul, & Exteri ſupplices ſemper convenere. Tot ſcilicet annorum moles adeo ſua ſibi ſenectute gravis erat, ut, graviùs etiam incumbente primariis parietibus tectorum pondere (quippe quæ plumbeis, atque etiam malè ſarta laminis) inclinari in lapſum quàm citiſſimum videretur. Medius æquè, ac duo alarum fornices multiplici vitio fatiſcentes non ſolùm admittebant inimicum imbrem, ſed modò hic, modò illic fruſtatim decidentes terrebant Cultores, metumque injiciebant deterioris infortunii. Potior arcus, qui a Navi majori, & dividit, & plenius innixum ſibi Tholum ſuſtinet, prorſus labefactatus, ægrè ſuo muneri ſufficiebat. Deficientibus ſtereobatis, ſtylobatæ, Pilæque, quibus ad aurei, gemmatique Altaris cuſtodiam junguntur divites metallo, & artificio Clathri, neceſſario ſubſidebant conſenſu. Hinc, ex duplicis hujus fulcimenti intermedii imbecillitate, duas, totius ſcindentes altitudinem muri, qua parte meridiem reſpicit, rimas agebat, nutabatque concameratum faſtigium, quod, etſi cum ipſiuſmet Baſilicæ ædificio abſolutum non fuerit, ut opinatur Puricellus (*a*), ante tamen exitum octavi Seculi perfectum oſtenditur in Diplomate MS. in pergamena pro Inſtitutione Monaſterii Ambroſiani. Huic congruit Proceſſus (utimur Juriſtarum vocabulo) vix ineunte XIII. Seculo authenticè exaratus à Lanfranco de Concorrezzo, & in utroque Tabulario, Canonicorum ſcilicet, & Monachorum, aſſer-

(a) *Monum. Ambr. num.* 21.

aſſervatus, ubi in examine decimi quarti, & decimi quinti teſtis ex Monachis, concamerati ejuſdem Operis, tanquam de re perantiqua, occurrit mentio. Quapropter, ſaltem ſecundùm preſſiorem ſignificationem, accipi minimè poſſunt verba Petri Gluſiani (*a*), docentis conditum hoc culmen imperio, & ære Sanctiſſimi Præſulis Caroli Borromæi, præcipuè cum etiam ex Apocha recepta per Cæſarem de Bizzozero pridiè Idus Septembres anno MDLXXII., conſtet tunc inſtauratum ſolummodo, & plaſtica exornatum Arte, addito forſan etiam umbilico Teſtudinis ſumptibus magnifici Sacrorum Principis, conſentiente liberali utriuſque Capituli pietate. Præterimus infirmatos minores Arcus, quibus, majoris neceſſitate præſidii, decuſſati Fornices temporum ſucceſſu fuere, denudatos arenata calce parietes, deroſos Picturarum ornatus, rudes pilas, ſemirutas anterides, adeòut Eccleſiæ, quam meritò dixeris Delicium Ambroſii, nulla ſupereſſet ſpecies, neque decor.

VII. Triſtiſſimam hanc faciem, ac imminens antiquiſſimi Templi exitium, cui ſuſtentando robuſtior Conditoris dextera in promptu fuit in dies, haud diu tulit & Archiepiſcopatus, & Virtutum Ambroſii hæres EMINEN.mus BENEDICTUS ODESCALCUS. Non illum calamitas temporum, quæ locupletiſſimam aliàs Provinciam, opibuſque, & auro, uſque ad totius Europæ invidiam, affluentem in extremum quaſi egeſta-

(a) *In Vit. S. Caroli lib. 2. cap. 25.*

tis coegit, non arduitas operis abſterruit, quæ, Peritorum etiam conſilio, ne cautos magis, & diligentiores Architectonicæ conatus eluderet timebamus: Non clam, & publicè alendis Pauperibus, tuendæ periclitantium Puellarum Virginitati, inſtruendis ſpiritualium exercitationum Collegiis, erudiendis, enutriendiſque, qui ab Infidelium ſentina in Romanæ Fidei gremium confugiunt, Neophitis, reficiendis, ornandiſque Delubris, aliiſque & in Urbe, & in vaſtiſſima Diœceſi Apoſtolicæ Munificentiæ impenſis effuſi majori ex ſumma, ac quaſi exhauſti Archiepiſcopales Reditus cohibuere. Statim plena manus admota, magnoque præeunte exemplo excitata tam Canonicorum, & Monachorum, quàm publica, & privata Civium liberalitas jam jam ruentem Sacram Domum fulcivit, firmavitque, ac pulchriori ſpectabilem forma, Phœnicis ad inſtar ſuo ex interitu in florentem juventam reſurgentis, Anteceſſori ſuo, & Parenti noſtro reſtituit.



De

De Confeſsione, ejuſque Origine, & Reſtauratione.

§. II.

VIII. AMbroſianæ Baſilicæ citiùs etiam, & venuſtiùs, quàm ſperare auſi fuerimus, reſtitutâ re, dexteram ſub Purpura continere non potuit Beneficentiſſimus Princeps, & Paſtor ODESCALCUS, ſemper ardua, ſeque ipſomet digna moliri, & agere geſtiens. Obverſabatur ante oculos Confeſſio (alii Martyrium, Confeſſorium alii, communiter etiam Scurolum dicunt) informis, impolita, indecora, ad tabeſcentem adeò ſenectutem redacta, ut multum in ea reperires, quod horrori eſſet, nihil ferè quod venerareris. Stratum ſignino opere, quod olim ſummi pretii erat, pavimentum frequenti jam aſperum ſcrobe ſallebat ſupplicum greſſus: Columellæ, quibus innitebatur Camera, diſparis inter ſe craſſitiei, longitudinis, ac marmoris: Baſes partim immerſæ plano, partim extra ordinem aſſurgentes: Nulla ferè inter epiſtylia cum ſcapo proportio: Abſimile prorſus artificium, nec æqualitas in menſura, quibus etſi olim aurum illinitum fuerit, vix tamen generoſi ſumptus veſtigia ſub acutam oculorum aciem cadebant. Pars ſuperior varios flexa in arcus

Am-

Ambroſii, Satyri, Marcellinæ, ac Mediolanenſium Archiepiſcoporum, quos vel publica integerrimæ vitæ, & clariſſimarum Virtutum fama, accedente Præſulum ſuffragio, Sanctorum Albo inſcripſit, ut moris erat ante Seculum IX., teſte Ricciolio (*a*), vel ſuccedentibus annis, Apoſtolicæ Sedis infallibile Oraculum, ad quod hæ cauſæ avocatæ fuerunt per Alexandrum III., & ſanè jure optimo, ut expendit Troylus Malvitius (*b*), multiplici imagine diſtinguebatur; Sed torpentis, ut evenit imis in Specubus, aeris vitio hæ pariter læſæ: Hoc uno doloris ſenſum allevante ex parte, quod is honor minimè erat penicilli, qui duriorem nobis earundem jacturam redderet. Duo demum Altaria, unum Orientem, aliud Occidentem reſpiciens, Ambroſio hoc, illud Marcellinæ Sorori ſacrum, vix, non abſque nobilis Baſilicæ turpi nota, ab iis rebus parata, quæ eccleſiaſticis ſanctionibus requiruntur, ſiccis oculis haud cerni poterant: Adeò verum eſt ipſummet Cœlitum cultum pati ſenium ſuum, calentemque ſuis in primordiis erga Deum, & Superos religionem tepeſcere paulatim, ac in frigidam etiam ſegnitiem deflectere.

IX. Qua autem ætate, humo effoſſa, Sacellum hoc extructum ſit, dubium videtur conſulenti Scriptores, qui priſca hujus Civitatis monumenta excutere conati ſunt. Bernardinus Corius (*c*), qui exeunte Seculo XV. Hiſto-

(a) *Cronol. reform. T. 3. in Catal. Sanctor.*
(b) *Tract. de Canon. Sanctor. dub. 2.*
(c) *Hiſtor. Patriæ part. 2. ad ann.* 1233.

Hiſtoriam ſuam elaborabat, hæc barbaro ſermone, iis temporibus penes Italos familiari, habet: = Similmente conſtruere feceno li noſtri Predeceſſori l' antiquiſſimo edifitio ſotto l' altare del Diuo Ambroſio, e doue giace il ſuo glorioſo Corpo: ſicome anche è manifeſto per le noſtre marche, & inſignie =. Hinc, ſuccedentibus Luſtris, Paulus Morigia (*a*), Ripamontius (*b*), & Puricellus (*c*), pedarii concurrentes in ſententiam Corii, exordium ejuſdem referunt in annum MCCXXXIII., quemadmodum etiam debèri teſtantur expenſis Coriæ Familiæ in hac Urbe, & Provincia, pervetuſta nobilitate, ac Sacrarum non minùs, quàm Secularium Dignitatum longa ſerie, ſpectabilis. Suus tamen his Viris egregiis honor ſit habitus: Nobis certè hoc non probatur; Si enim diligenter, ut par eſt, in ordinem ſtructuræ inquiramus, ipſamet fatetur antiquitatem ſuam, & ferme coævam Templo Originem, ut præſertim, adamuſſim conſideratâ ejuſdem teſtudine, & ſuperſtrato Odei, aliàs Cellulæ S. Ambroſii, plano, deprehendit, declaravitque peritiſſimus in hac Facultate Albertus del Fè, pro hujus Urbis Noſocomîo Majori, ac pro univerſo Ducatu Fabrûm Præfecto, cujus ingenio, ſollicitudini, ac labori deſperatam hanc multiplicis Architecti judicio Reſtaurationem debemus.

X. Congruunt huic aſſertioni plura priſcæ Ætatis docu-

(a) *Hiſtor. antiquit. Med. lib. 2. c. 19., & lib. 4. c. 11.*

(b) *Hiſtor. Eccl. Mediol. part. altera. lib. 4.*

(c) *Diſſert. Nazar. cap. 59. num. 16.*

documenta, quorum nonnulla, prout præſens cauſa exigit, profutura tamen ad ea firmanda, quæ infra dicturi ſumus, afferemus. Archivum Monaſterii Ambroſiani, quod licèt nihil penſi habere viſus ſit P. Mabillonius (*a*), eò quòd in eodem & veterum Codicum inopiam, & nullum digeſta in ordinem antiquiſsima, quæ plura, ac plura ſuppetunt, Pontificum, Cæſarum, ac Regum Diplomata, & Tabulas notaverit, permagni tamen hodie æſtimaret, ſi comparata, acquiſitaque non pauca præcipuè MSS. monumenta, cunctaque prænobili, ac ampliſsima in Aula exactè diſtributa poſſet inviſere, hoc ſanè Archivum nobis exhibet Catalogum Archiepiſcoporum Mediolanenſium, qui creditur Galvanei Flammæ, in quo hæc legimus: = Anno Domini DCCCXXVI. (Puricellus ait 827.) Die octava Octobris obiit Angelbertus, & jacet in hiemali Eccleſia S. Ambroſii =. Hic quærimus, quæ alia Eccleſia dici potuiſſet hiemalis, niſi Confeſsionis locus, cui hoc nomen propriè adaptari, ac in uſu antiquitùs fuiſſe docet Joſeph Vicecomes (*b*) ex Doctoribus Ambroſiani Collegii in ſuis Obſervationibus Eccleſiaſticis editis anno MDCXVIII. In alio Codice ejuſdem Monaſterii, cui titulus = Privilegiorum, & Diplomatum inſigni Baſilicæ, & Imperiali Monaſterio S. Ambroſii Majoris Mediolani conceſſorum exemplaria &c. = Pag. 26. legitur Teſtamentum Attonis Epiſcopi Vercellenſis,

(a) *In itinere Ital. ad ann. 1686. Menſ. Jun. cap. 29.*
(b) *De Miſſæ rit. lib. 5. cap. 11.*

ſis, Regnantibus Ugone, & Lotario, ſcriptum in Synodo convocata in hac Baſilica anno DCCCCXLV. ab Arderico Archiepiſcopo, (ſive Alderico, ut eum dicunt Galleſinius (*a*), & Puricellus (*b*), ſive Olderico, ut Ughellus), quam a nonnullorum dicteriis egregiè vindicat P. Euſtachius a S. Ubaldo (*c*): In eo autem, poſtquam ſignanter Metropolitano Capitulo legaverat jus, & Dominium quatuor Vallium, ſcilicet Belleniæ, Leventinæ, Biaſcæ, & Intraſcæ, cum omnibus, qui ex eiſdem obvenire poterant, fructibus, ſic proſequitur: = Et hæc omnia cum conditione, ut in perpetuum omni primo die Lunæ Quadrageſimæ Majoris prædicti Archipresbyter, & Cardinales, Primicerius, & Decumani, qui pro tempore erunt, veniant cum Litaniis, & Crucibus ad hanc Baſilicam, ubi ante Corpora SS. Ambroſii, Orobaſii (ſic olim a pluribus Protaſius nominabatur), & Gervaſii Sacrum celebrent pro animabus meà, & B. M. D. Deſiderii Regis &c. =. Paucis deinde interjectis, hæc ſubdit: = Iterum idem fiat tertio die Lunæ ſequenti, ut ſupra, & ibi ante Corpus S. Marcellinæ Virginis Sacrum fiat pro animabus meà, & B. M. Aldigerii, aliàs Ermenulphi Patris mei, & Fratrum ſuorum, in eadem Eccleſia quieſcentium &c. =. Cum igitur, quemadmodum infra clarum fiet, juxta Tumulum Ambroſii in ſubterraneo receſſu ſepultum

(a) *Tab. Mediol. Archiepiſc.*
(b) *Monum. Ambroſ. Baſil. num.* 170.
(c) *Metrop. Med. cap.* 7. *ſect.* 3. *num.* 258., *& ſeq.*

ſit Corpus Beatæ Sororis, conſequenter ibidem concedi debet, jam circa medium Seculi X., adſuiſſe Aram, in qua Sacrum conficeretur, ac penitius Sacellum, quod Confeſſionis nomine appellamus.

XI. Expirante Seculo XII., ut nonnullis civilibus controverſiis inter Canonicos, & Monachos hujus Templi cultui addictos ſubortis finem imponeret Innocentius III. Pontifex Maximus, Alberto Vercellarum Præſuli, & Petro Locedienſi Abbati totius diſceptationis examen, & firmandæ pacis curam demandaverat. Conſtructà itaque, abſolutàque primo Seculi XIII. anno inquiſitionum ſerie neceſſariâ (vulgò Proceſſu, cujus ſupra incidit ſermo) ad quæſtionis ſtatum, veritatemque intimè eruendam, interrogati pro utraque parte plures teſtes, inter cætera, de numero Altarium, quæ intra Baſilicæ ambitum continebantur, unanimi conſenſu confeſſi ſunt quatuor eſſe, nimirum Ambroſii, Andreæ, Marcellinæ, & Juſtinæ. Supremo autem Sacerdoti noſtro, poſt ejus obitum, nuncupatam fuiſſe Aram Maximam nemo eſt, qui inficietur. Altare S. Andreæ conſtructum jandiu, ubi in præſens patet aſcenſus in Sacrarium Capituli Secularis, liquet ex Actis Viſitationis Borromææ ſolertiſſimè habitæ anno MDCIX. §. de eodem Altari. Quà egredientes e Templo excipit Impluvium, ante frontem Cœnobii Ambroſiani latè patens, didicimus a Majoribus noſtris ſtetiſſe aliud Altare Juſtinæ devotum. Quam autem hìc ſedem, extra Confeſſionis fines, occuparet Altare S. Marcelli-

næ oſtendat, precamur, Corius ejuſque fidi nimium ſectatores? Mox laudatus Princeps, & Præſul (a) idem nobis exhibet Tumulo nobiliſſimæ Virginis adjacens inferiori in Sacrario, his ſubinde additis: = Quod quippe Altare Orientem ſpectat, & ex illius inſpectione valde antiquum videtur, &, ut ex diverſis Traditionibus habemus, fuit primum Altare conſtructum poſt tranſitum Beatiſſimi Præſulis Ambroſii =.

XII. Verùm, ſi medullitus inveſtigemus ſenſum verborum Corii, minimè adverſantem nobis forſitan deprehendemus, quippe quòd hunc locum non excuſſere diligenter ſupra adducti Auctores, ſed, quaſi per tranſennam aſpicientes, ſtrictim perſtrinxere; Ubi enim ait = Feceno conſtruere i noſtri Predeceſſori l' antiquiſſimo edificio ſotto l' altare &c. = mentis aciem figamus. Sanè ſuperlativum illud *Antiquiſſimo* nonniſi ultimæ penè vetuſtatis ſtructuram in propoſito indicat. Quomodò igitur ejuſdem primordia attribui prudenter poterant duntaxat anno XXXIII. Seculi XIII. a Scriptore, qui calamum arripuit ante exitum Seculi XV., ut ipſemet teſtatur in epiſtola ad Cardinalem Aſcanium, depoſuitque anno MDIII.? Ne, itaque inſimuletur nimium ſtudioſi erga Genus ſuum mendacii, ſumendum cenſemus verbum illud *Conſtruere* non ita preſsè, & religiosè, ut primam ſubſtructionem ſignificet, ſed in latiori quodam ſenſu, ut nimirum de Reſtauratione tantùm, aut etiam de

(a) *In Act. Viſit. ann.* 1609. §. *de SS. Corporib.*

exornatione locutum esse vero non absimile videatur, quod quidem apud Historicos non infrequenter accidit; Siquidem Glussianus, ut observavimus, ædificatum, regente Mediolanensem Ecclesiam S. Carolo, Tholum hujus Basilicæ tradidit, quem tunc solummodo resectum, & plastice expolitum ostendimus. Blondus (*a*), Philippus Bergomensis (*b*), Jacobus Gualla (*c*) scribunt Fanum S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ a Luitprando Rege primis excitatum e fundamentis, a cujus tamen Munificentia firmitatem duntaxat, & venustiorem speciem accepit: Et ex Privilegiis Ottonis M. anno DCCCCLXIX., ac Johannis XIII. colligitur Templum S. Salvatoris Monachorum S. Benedicti = fundatum foris, & prope Ciuitatem Papiæ a D. Adelayda Imperatrice Augusta &c. =, cujus Patrocinio, & Liberalitate tantum in ampliorem, atque elegantiorem formam excrevit, non alium sui Conditorem respiciens, præter Regem Aribertum Primum, ut narrat Paulus Diaconus (*d*), & Sacchus (*e*), quos sequitur eruditissimus P. D. Joh. Gaspar Beretta Benedictino-Cassinensis Monachus (*f*). Enituerint itaque depicta etiam Stemmata, & famulari Artis industria Eque-

(a) *In descrip. Lombar. §. Ticinum.*
(b) *In supplem. l.* 10. *ad ann.* 726.
(c) *Chron. lib.* 4. *cap.* 10.
(d) *Lib.* 4. *cap.* 17.
(e) *Lib.* 9. *cap.* 10.
(f) *Lychn. Chronol. §.* 3. *num.* 31., *&* 32.

Equeſtris Progeniei diſtributa Inſignia in Sacri Specus parietes: Perennem hæc poſteritati fidem facere poterant reparati quidem, ac paucis ab hinc Seculis decorati, ſed non primo erecti e lapide Sanctuarii, ut obſervat Carolus a Turre.

XIII. Hoc quoque Baſilicæ noſtræ ornamentum, & gloriam prope ſenium conſumpſerat, quod vel majoris impenſæ, ac dignitatis Monumenta nunquam didicit revereri: Et adhuc, non ſinè noſtro æquè, ac totius Urbis pudore, & probro, mirarentur Advenæ, neglectâ tantà Loci religione, tetro ſqualore Antri (ſit dicto venia) Ambroſii Cineres extabeſcere, niſi CARDINALIS ODESCALCHI Munificentia planè Regia turpem hanc notam redemiſſet, Pergravem ſiquidem, & magni curam impendii in ſe omnino generosè recepit, quique in reficiendà, augendàque ſuperiori Ædc ſumptuum, & gloriæ conſortes non eſt dedignatus, noluit ut peculiari pietate dicatum Ambroſii Exuviis Sacrarium alteri deberet, quàm Amantiſſimo Ambroſii Succeſſori incrementa, majeſtatemque, in quam hodie ſuis veluti e ruderibus evectum eſt.

XIV. Videre eſt ergo, veteri, & indecoro ſqualore deterſo, Sacram hanc ſubterraneam Domum novos vultus induere, ac pulcherrimis ditatam acceſſionibus niteſcere, tanquam Sponſam ornatam Viro ſuo. Quà aperitur ex utroque latere in eandem deſcenſus & complanato ſilice aptati gradus, & paraſtades, ac oſtii ſupercilium eo elaborata marmore, cujus nativam

inter-

intermixti præſertim rubentis, albique coloris venuſtatem ab Arte omnino adſcitam putes. Fores non ex aſſibus, ut antea, rudique opere compactæ, ſed affabre ductis, coactiſque mutuos in amplexus ferro, & ære coronario eleganter, opulenterque conſtructæ, ipsà materiæ rigiditate Artificis niſibus ambitiosè obſequente. Hinc devenientibus in venerabile Hippogæum ſubſternitur Planum meliori coaleſcens latere, ac patientiſſimè lævigatum. Occurrunt teſtudini ſubjectæ viginti ſex marmoreæ Columnæ pretio, & decòre januarum antis reſpondentes, quibus Epiſtylia, & baſes Luculleus Lapis, peritiſſimo diſſectus, & expolitus ſcalpro, ac pumice accommodavit. Patent grandiores feneſtræ, quæ & abundantius Solis beneficium admittant, & liberiorem aeri ingreſſum præbeant, & exitum, ne horror, aut inclementia loci pios abſterreat conventus. Circùm parietes duplici ordine cernuntur fixa, utrique Sacerdotali Confeſſui excipiendo, Sedilia, in quorum conſtructione, nihil addi, aut deſiderari paſſus eſt Artifex, quod gravitas, & dignitas Sanctuarii vel damnare poſſet, vel poſtulare. Quod tamen maximè ſuſpicias habes concamerato in culmine; Hìc enim eximius Plaſtes, derivatam e Sinarum Regionibus methodum accuratiſſimè ſecutus, mirà formæ ſuavitate, diſtribuit ſuæ Facultatis conatus, ſingulaſque partes, in quas frequenti arcuum flexu dividitur, iis nobilitavit alterno adinvicem textu conjunctis operibus, quæ Sculptor ægrè in multi ſudoris thoreumate imitaretur, &, non

ſinè

ſinè magnæ laudis fœnore, Phrygia ſerico in panno deſcriberet acus. Haud tamen omnem hujuſce faſtigii amplitudinem ſibi uſurpavit Plaſtice. Omiſit in media navi circumſeptas laboris ſui elegantiâ viginti areolas, quas Pictoria ſolertiori impleret magiſterio; Par ſiquidem erat, ut, ubi multarum gentium obſequia ſibi devincit Ambroſius, certatim etiam plurium Diſciplinarum contentionibus honoraretur. Hìc itaque exquiſito opere conſecravit memoriam nominis ſui Johannes Baptiſta Saxius, Eques S. Sepulcri Jeroſolymitani, Picturæ laude in hac Urbe penè dixerimus hac ætate nemini ſecundus: Nec ſanè gloriâ, & exiſtimatione majoribus Fratribus ſuis minor, Viris clariſſimis Franciſco, & Joſepho: Illo quidem ex quatuor Comitibus Metropolitani Capituli, Præpoſiturâ Generali Congregationis Oblatorum, aliiſque honoribus & rebus geſtis percelebri: Hoc verò Ambroſianæ Bibliothecæ Præfecturâ, quam adhuc magna cum opinione Virtutis apud Suos, atque etiam apud Exteros adminiſtrat, tum ob Literas ſuas multas, eaſque publicas ſpectatiſſimo. Ille igitur peritiſſimus pingendi Artifex, Ambroſii egregia facinora ordine proſequens, hìc ſuſceptos, mandante Valentiniano Imperatore, Faſces, quibus Liguriæ, Æmiliæ, & Inſubriæ Populos regeret, eoſdemque paulò poſt depoſitos, ut ad Eccleſiæ Clavum ſederet, Deo ad id muneris planè cogente, qui tanti Viri operam difficillimis temporibus reſervaverat: Hìc Virginali ſe induentem Velo Marcellinam, hìc ejuſdem

Am-

Ambroſii, hìc Sanctæ Sororis illatum tumulo Corpus effinxit, albentes udo tectorio colores inducens, quorum gratia, acceſſu, receſſuque, ac repercuſſione umbrarum, adeò clareſcit, ut eminentes quodammodo, & ex arenato exeuntes figuras vel perfectior obtutus, innocenti Artis calliditate deceptus, facilè ſibi ſuaderet. Ubi flectitur in abſidem paries, Sanctiſſimi Præſulis, nec non Sanctorum Protaſii, & Gervaſii Sepulcrum claudens, adhuc expectatur Altare, cujus in gremio noſtræ Heroidis Oſſa recondantur, ut ex conjunctiori ſocietate Cinerum, ac quaſi novâ germanitatis acceſſione major nobis, & fortior ſpes fulgeat individui Patrocinii. Et quidem ſelectum jam, probatumque eſſet Exemplar, jam in lævigandis, perficiendiſque Marmoribus induſtrior Faber ſudaret, jam huic ultimo, & digniori Monumento abſolvendo, prope diem, in promptu omnia forent, niſi ex inopinato, & citiùs, quàm timere poteramus, graviora rerum momenta, indicta ſcilicet de Romano Pontifice eligendo Comitia, Archiepiſcopum noſtrum a nobiliſſimis incæptis avocaſſent. Cum autem tanti operis coronidi impedimento eſſet aurei pluſquam Pignoris cuſtos Arca, ex priſco amovenda loco fuit, honeſtiori ut ſtatueretur in ſede, quemadmodùm ſupra laudatus Borromæus Antiſtes monuerat.

De Arca, & Corpore S. Marcellinæ ex eadem Confeſſione eductо.

§. III.

XV. QUa regione imum Ambroſianum Sacellum orientem excipit Solem prominebat Marcellinæ Sepulcrum e pavimento in altitudinem circa unciarum triginta, in latitudinem verò unciarum viginti a pariete, ut fatetur Puricellus (*a*), per Ambroſium antiquitus, cum Baſilicam iſtam conſtrueret, circumjecto modicè diſtans, quem tamen ex parte Superiores noſtri evertêre, ut, curvato in arcum muro, parvula patefieret feneſtra, quam jam innuimus in ampliorem nuperrimè formam extenſam. Nihil autem erat videre, niſi cæmentitium opus in triangularem figuram aſſurgens, cujus poſteriori in ſuperficie, ut ex ſupracitata viſitatione anni IX. Seculi ultimò elapſi, hæc Inſcriptio ferme vetuſtate exeſa legebatur: = *HIC JACET CORPUS S. MARCELLINÆ* =. Puricellus, circa annum XXXVI. notati Seculi, paulò longiorem aliam excripſit: = *HIC JACET S. MARCELLINA SOROR S. AMBROSII* =: Nos autem hanc aliam vidimus: = *HIC JACET CORPUS S. MAR-*

 CEL-

(a) *Diſſert. Nazar. cap. 56. pag. 327.*

CELLINÆ VIRGINIS SORORIS S. AMBROSII =. Cum nempe a ſubterranei aeris edacitate diù ſe tueri nequiret lateribus calx ſuperinducta, eidemque commiſsi characteres, qui Tumuli cuſtodiendi onus ſuſceperant, unà ſimul cum arenato, Epigraphes ſemper reſtituere ſtuduerunt, mutatis, additiſque perpaucis verbis, quæ abſconditi dignitatem Theſauri clariori locutione teſtarentur. In apice illitus nigro colore hic alius titulus & Puricello, & nobis in conſpectu fuit: = *VIRGO MARCELLINA, DIVI AMBROSII SOROR, ET A DIVO SIMPLICIANO HIC SEPULTA* =. Quà deinde idem Sepulcrum in Occidentem obvertebatur, a Sanctorum Ambroſii, Protaſii, & Gervaſii Tumulo decem circiter paſſus procul poſitum, excipiebat, ſextantis menſurà, ſuperinductum Altare, eidem Virgini nuncupatum, cujus in fronte impreſſa triplex objiciebatur imago: Medium quæ locum tenebat, Lilium manu gerens procul dubio ejuſdem Heroinæ caſtiſsimos referebat Vultus: Aliæ in utroque latere effictæ duorum ſpeciem Virorum exhibebant, quorum dexteræ Liber inſerebatur: Haud tamen arguere potuimus (culpà ne temporum, an Pictorum ignotum manet) cuinam inſervirent exemplari. Cætera ſive penicillo diſtributa, ſive muralis artis labore compacta adeò ſqualentia, tabida, corrupta, ut nonniſi ab inimica vetuſtate acceptas injurias explicarent.

XVI. Dirutà de Eminentiſſimi Principis noſtri mandato Arà XVI. Cal. Octobres anni MDCCXXII.

in

in veſperis, confractoque integumento cæmentitio, quo includebatur, Arca ante oculos fuit ex vulgari, & negligenter præparato lapide (vulgò Sariccio) longitudinis unciarum vigintiquatuor, latitudinis quatuordecim, altitudinis verò quatuordecim cum dimidia, emensà ſimul altitudine graviſſimi operculi ejuſdem materiæ, habentis intus, & foris triangularem formam. Nulla ſuper eandem nota, nullus titulus, nullum, quo muniretur, ſignum. Intererant huic operæ nomine Secularis Collegii D. Præpoſitus Reyna Vicecomes, D. Canonicus Vandonus, & nomine Collegii Regularis Don Innocentius Gradignanus, & Don Alanus de Maculanis, ambo in hoc Ambroſiano Cœnobio Sac. Theol. Magiſtri, qui omnes, ut, undique funibus circumvolutis, tota Arcæ moles ſtatim, firmèque colligaretur, curavere, appoſitis etiam utriuſque partis Sigillis, donec eàdem vectibus, multoque conatu, ac diligentià in Canonicorum Sacrarium translatà, ut erat in votis utriuſque Capituli, res integra, quemadmodum ſequenti manè evenit, ad Purpuratum Præſulem deferretur.

XVII. Ut primùm die decima ſeptima nocturnæ tenebræ terris obductæ fuerunt ipſemet, de feliciſſimo exitu minimè dubitans, Princeps Eminentiſſimus in rem præſentem ſe contulit. Inhærebant ejuſdem veſtigiis D. Gaſpar Reyna Vicecomes Præpoſitus hujus Baſilicæ, & DD. Canonici Dominicus Madernus, & Ambroſius Rozzonus: Cum his adfuere pariter D. Don

Severinus a Porta hujuſce Monaſterii, & dictæ Baſilicæ Ambroſianæ Abbas, ac ſupra nominati duo Sacræ Theologiæ Magiſtri. D. Joh: Maria Macinagus S. T. D., Cæremoniarum Magiſter in Templo Metropolitano, honorarias vices Apoſtolici Notarii hac occaſione ſuſtinuit: Nec officium ſuum deſiderari paſſus eſt R. D. Paulus Bonomius, in componendis, coordinandiſque SS. Corporum Oſſibus peritiſſimus. Teſtes demum habuimus Nobiles DD. Comitem Don Johannem a Porta, & Don Antonium Corbellam.

XVIII. Invocato itaque S. Spiritus auxilio, per duos Fabros, haud modico niſu, ſublatum fuit magni ponderis integumentum, occurritque primo aſpectu Sacra Marcellinæ Calva, cæteraque ſubinde Oſſa, & expectatiſſimi Cineres, quorum major portio, quaſi in unum collecta, viſa eſt in ea parte Arcæ, in quam primitus conceſſum fuit impatientem moræ oculorum aciem defigere. Ut enim & hodie penes aliquas Religioſas Familias moris eſt, & ut eruimus ex menſura ejuſdem Arcæ, quæ reſpondere nequit emortuo adultæ ætatis corpori in longum protenſo, cum depoſitum fuerit Virginale Cadaver in modum ſedentis, hinc ſuperiora ejuſdem membra, annorum curſu diruptâ compagine, ſubſedere quaſi in unum cumulum, cui ſuperſtabat Venerabile Caput. Effluentibus præ gaudio lacrymis, thure cremato debitas Deo grates egere, ac præſentes coluere Exuvias, ſimul cum Eminentiſſimo Paſtore, quotquot ibi ejuſdem vel fruebantur

con-

conſortio, vel Dignitati ſerviebant. Nec Æra tacuere Campana; Nocte enim quamvis intempeſtà, utraque Templi Turris totam Urbem noſtræ, ac communis felicitatis pleno, feſtivoque ſonitu admonuit, multis ſibi facilè perſuadentibus id contigiſſe omnino cœlitùs, ut quo die Urbs noſtra Satyri votiva Solemnia peregerat inclytæ Sororis Lipſana, mercedem magnam nimis, aſſequi, amplectique meruerit. Excepta inde, unà cum Cineribus, Oſſa partim credidere capſulis, partim lineis pannis collegere, omniaque ſtatim Veſtiario condita, & Sigillo Præſulis noſtri munita fuerunt, clave penes eundem ſervatà, donec ad diligentius ſingularum partium judicium ex Anatomicorum ſententia deveniretur.

XIX. Examen iſtud planè accuratiſsimum contigit Idibus Septembribus anno MDCCXXIII. in ſupra jam memorato Canonicorum Sacrario. Aſſidebant D. Gaſpar Reyna Vicecomes Præpoſitus, Septimius a Laude Archipresbyter, & Dominicus Madernus Canonicus Capituli Secularis, Roccheto, & Superpelliceo, ut in Choro moris eſt tempore æſtivo, induti, quos opportuna ad hoc authoritate munierat Purpuratus Hierarcha. Implebat Cancellarii munus S. T. D. Decius Ferrarius Canonicus S. Mariæ Pedonis, unàque aderat ſupradictus R. D. Bonomius, qui Sacra Oſſa ex noviſſimis arculis reciperet, ſubjiceretque Peritorum diſquiſitioni, quorum duo in hoc negotii excellentiores a Majori Noſocomîo hujus Civitatis accerſiti ſunt, ſcilicet Paulus Antonius Raymundus de Carnellis, & Abundius

Deſen-

Defendens Briuſcus, ambo Chirurgiæ Doctores. Teſtes fuere Nobiles DD. Abbas Don Joh: Baptiſta Friſianus, & Comes Don Antonius Variſius de Roſate. Circumſtabant DD. Carolus Franciſcus Marianus, Johannes Antonius Carpanus, & Ambroſius Rozzonus ex Canonicis hujus Baſilicæ: De Capitulo autem Monachorum Don Innocentius Gradignanus, Don Alanus de Maculanis Sac. Theol. Magiſtri, Don Petrus Paulus Burronus tunc Pro-Priore, nunc Viſitator ſecundus, & Don Laurentius de Georgiis Moralis Theologiæ Lector. Prælecto per dictum D. Canonicum Ferrarium Diplomate Delegationis, nec non interminatione ab Eminentiſſimo expedita gravioris Anathematis ipſo facto incurrendi a quolibet ex præſentibus, qui auſus fuiſſet vel minimam harum Reliquiarum portionem ſibi uſurpare, exploratum fuit ab iis, quibus, ut ſupra innuimus, hæc provincia demandata erat, num integra adhuc ſigna forent Seræ Veſtiarii impreſſa, poſt primam Viſitationem, Sigillo Antiſtitis noſtri. Cum igitur nihil vitii compertum fuiſſet Clave, per eundem Eminentiſſimum commiſsâ D. Canonico Ferrario, apertum fuit Repoſitorium, quod inſignem hanc Gemmam ſervabat. In fronte Sacrarii capax menſa, quæ excipiendæ Miſſarum Conventualium ſupellectili deſervit, hac occaſione ſuſtinens in argenteis Candelabris accenſas ceras, ſupra conſuetum Tapete linteo induebatur. Altera pariter medium occupabat prægrandis tabula conſultò appoſita, holoſerico Damaſceno aureis tæniis

deſcripto obtecta, cui ſuperinducta erat puriſſima ex lino mappa, quæ tamen coeunte ad invicem, ope ſubtiliſſimi glutinis, multiplici candida papyro obducebatur, ut attentius, ſi quis ex imponendis Lipſanis decidiſſet, minuſculus etiam pulvis religiosà avaritià colligeretur.

XX. Statim ac in priori menſa collocavimus refertas Cœleſti Theſauro capſulas, præmiſſa recitatione antiphonæ de Virgine, & Orationis propriæ de hac Heroide, eas ſupplici thure Nobilis D. Præpoſitus Reyna Vicecomes adolevit. Tranſtulimus deinde in aliam menſam, in qua, reverentià, qua par erat, dictus D. Bonomius ſingula caſtiſſimi Corporis Oſſa diſtribuit recto ordine, quo humanum plaſma efformatur, ſingula Anatomicorum oculis, & inquiſitioni ſubjiciens, ac ſuo peculiari diſtinguens vocabulo, antequam congruenti ſedi aptaret. Hoc modo quamlibet partem, propriis accomodatam locis, iterum ſolertiſsima acie ſcrutati ſunt Periti, iterum uniuſcujuſque nomen pronuntiarunt, nec non ex earundem minutiſsimo, cautoque examine, expenſa qualitate, quantitate, ac comparatione, declaravere eſſe unius duntaxat, & ejuſdem Corporis Oſſa, reſpectu etiam fœminei ſexus, brevis ſtaturæ. Haud diſsimili exinde lege hæc in una tantum, de induſtria præparata, ex ligno Capſa, tribus circiter cubitis oblonga, interius candido bombicino panno undique obtecta, ac ſtrata goſsipio, depoſuimus, adoravimus iterato thure, occluſimus ferrea clave,

ac

ac circumvolutas ex albenti ſerico vittas quinque in locis Archiepiſcopali Stemmate obſignavimus. Cineres etiam, cæteraſque exiles particulas collegimus in arcula unius circiter cubiti, quam circumdedere ſimiles vittæ, eodem munitæ Sigillo, totumque ſubinde Theſaurum commiſimus Conditorio, quod plura alia Sanctorum Lipſana tuetur. Quæcumque verò in hac ſecunda Viſitatione recognita fuere, examinata, ac ſuo quæque nomine, vernaculà linguà, ab Anatomicis enuntiata hìc a nobis latino idiomate fideliter recenſentur.

Calva, ſeu Caput integrum.
Mandibula inferior intacta.
Viginti octo Dentes, ſcilicet quatuordecim ordinis ſuperioris, & totidem inferioris.
Tres Vertebræ Colli.
Duæ Claviculæ.
Duo Oſſa poſteriora humerorum.
Duæ Scapulæ.
Os Sternum.

Coſtæ

Costæ integræ sexdecim,
partes fractæ octo.
Duodecim Vertebræ, seu Sondyli
Dorsi.
Duo Ossa Adjutoria Brachiorum,
sive Ossa majora.
Unum Focile majus, altero de-
ciente.
Duo Focilia minora.
Os sacrum prorsus inviolatum,
cujus Vertebræ desunt.
Os Pubis.
Duo Ilia, seu Ischia.
Duo Ossa Coxendicum.
Unum Scutum Genu: Aliud de-
ratur.

Duę

Duę Tibię, & duo Focilia Crurum.
Duo Tali . . .
Diverſa Oſſa, quæ conſtituunt Carpum, & Metacarpum Manuum, cum pluribus Articulis.
Diverſa etiam Oſſa Tarſi, & Metatarſi Pedum, cum pluribus pariter Articulis.
Varia alia minuſcula Fragmenta oſſeæ compaginis, in quæ etiam imminutę creduntur Vertebrę, & Oſſa non inventa.
Notabilis portio Cinerum, ac Pulveris, in qua diſcernuntur plures particulę tum Oſſium, tum ligni, quę levi digitorum attritu in pulviſculum attenuantur.

Hæc tamen fruſtula lignea argumento quidem eſſe poſſunt ſuppoſitam fuiſſe humando Corpori ſubtilem aliquam, & in brevi menſura ſectam Tabulam, non autem ex aſſibus formatâ jam quieviſſe in Capſa, dum in lapideum Tumulum induceretur; majorem enim procul dubio pulveris, & fragminum copiam hæc materia abire debuiſſet.

XXI. Quæſivimus demum ab Anatomicis, an habiti examinis ratio nos certos reddere poſſet Fœmineum verè eſſe hoc Corpus, qui faſſi ſunt non adeò facili judicio rem hanc poſſe ſtatui; In nullis enim oſſibus ſanè indicium aliquod Naturæ inculpſit: Sic viculæ magis curvantur in Maſculis, ut expeditiora motum ſint Brachia, minùs in Fœminis gratiâ venu ſtatis. Os Ilion latiùs patet, ſpina quæ mulieb magis in latera protenditur, ut conceptu fœtu tumen uterus innitatur ſecuriùs. Pariter Os Pubis ampliori iiſdem forma diſponitur, quàm in Maribus, ut puer perii promptiùs niſibus obſequatur. At minuta miium, & vel acutiores oculos fallentia ſigna quis certo aſſequi poterit? Quis ſententiam ſuam ſigna imperterritus proferet, ubi vix levibus cauſa conjecturis eruendis præſertim ex Artubus a ſceleto expeditiùs agitur tredecim pluſquam Seculorum vitio, & ſenio falten aliqualiter attenuatis? Adeò ut mirum videatur non ſinè Divinæ Providentiæ beneficio evenìſſe, a ferè omnes illibati hujus Corporis partes infractæ, in violatæque in ſubterraneo, humidoque Hypogeo con ſervari potuerint.

An publicæ venerationi exponi possit Corpus Sanctæ Marcellinæ.

§. IV.

XXII. PRoductum, occasione, & modo supra enarrato, secretiori e Sacello, seu veriùs ab illa tenebrarum indignitate Corpus Sororis Ambrosii posse Aris imponi, ac publicis supplicum Populorum obsequiis offerri, nullà alià vel Apostolicà, vel Episcopali expectatà sanctione, quæ rem totam absolvat, nemo inficias ibit; Neque enim has dixeris novas, & recèns inventas Reliquias, nimirum alicujus emortui hominis, sed necdum Albo Sanctorum adscripti, ut observat Suarez (*a*), Azorius (*b*), & cum aliis Barbosa (*c*), quibus thura palàm, precesque deferre vetitum est, minimè audito Romanæ Sedis Oraculo, quemadmodum in Concilio Generali Lateranensi contra Vigilantium, Eunomium, & Eustathium Sebastienſem, aliosque Iconoclastas declaravit Innocentius III. (*d*). Imò nec

(a) *Tom.* 1. *in* 3. *part. quæst.* 25. *art.* 6.
(b) *Lib.* 9. *Institut. Mor. cap.* 8. *quæst.* 2., *& seq.*
(c) *De Offic., & Potest. Episc. alleg.* 97. *num.* 13.
(d) *Cap. cum ex eo de Reliq. Et Cap. Audivimus pariter de Reliq.*

nec prudenter connumerabis in earum claſſe, quæ licet terris relictæ ab aliquo celeberrimæ integritatis Viro, quem inter Aſtra locatum enuntiaverit Eccleſia, communiter credantur, tamen primò prodeunt in lucem, atque idcirco, ne iiſdem in aperto nuncupentur vota, cultuſque inſtituantur, antequam ab Epiſcopis, ex conſilio etiam Theologorum, & inſignium pietate Sacerdotum, recognoſcantur, & approbentur, decrevere Tridentini Patres (*a*), ut Lutheri, & Calvini, cæterorumque ex hac colluvie os iniqua loquentium obſtruerent. Etenim prope finem Seculi XVI. S. Carolus Borromæus jam Virginale hoc Plaſma in Ambroſiana Confeſſione, ac in Tumulo ſupra adnotato poſitum, & quieſcens faſſus erat in Viſitatione hujus Baſilicæ, his verbis : = Sub dicto Altari dicitur eſſe Corpus S. Marcellinæ, prout ex Hiſtoria S. Simpliciani =. Jam initio ſuperioris Seculi, ut ex aliàs citata, & ſæpius citanda aurea ſanè Viſitatione, (*b*) peritiſſimus æquè, & exactiſſimus Sacrorum Canonum, & muneris ſui obſervator Federicus pariter Borromæus indixerat præclarum hoc Pignus = transferendum, & alibi recondendum, vel ſaltem Altare prædictum, unà cum Arca in nobilem, & decoram formam redigendum =, eò quòd, ut ſtatim mentem ſuam aperit, in miſerrimo illo Aræ, & Tumuli ſtatu nulla ferè eſſet Populi veneratio. Exploratum namque, imò pro certo ſe habere teſta-

(a) *Seſſ. 25. de Reliq., & invocat. Sanctor.*

(b) §. *De Altari S. Marcell.*

teſtatus eſt (*a*), in hac Arca latêre Cœleſtis Sponſæ mortale Spolium, ibidem ab optimo Ambroſii primo Succeſſore collocatum. Quàm magni autem documentum hoc momenti ſit, nemo non videt; Si enim Commentaria Viſitationum pleniſſimam fidem facere declarant Rot. Rom. (*b*), Panvin. (*c*), Maritis Anton. (*d*), Zerola (*e*), & cum utriuſque Juris Doctor. Barboſa (*f*), quanti æſtimanda erunt ab eruditiſſimo, & vigilantiſſimo Præſule exarata, qui ſummâ ſemper ſollicitudine fuit, ut Oecumenica Placita, iiſdemque conformes Provincialium Conciliorum Canones, paulò ante ejuſdem Pontificatum evulgati, humiliori fronte exciperentur, nihilque vel levi perſtringendum cenſurâ permitteretur in Eccleſia, quæ tanto Capite regebatur. Attamen, ut clariùs innoteſcat qua firmitate rationum, quibuſve præſidiis, non tam Civitas iſta, & Ambroſianum Templum, quàm ipſiuſmet Templi Confeſſio poſſeſſionem Oſſium Marcellinæ ſibi indubitatè vindicet, eaque communi gratulationi, & cultui proponenda expoſtulet, ex antiquis ſimul, ac recentioribus Authographis, Codicibus, Tabulis, cæteriſque gravioribus Monimentis, quæ ad rem hanc illuſtrandam invenimus,

(a) §. *de Sanctorum Corporibus*.
(b) *Noviſs. deciſ.* 189. *num.* 5. *part.* 1., *&* 340. *num.* 1., *& ſeq.*
(c) *De Viſit. quæſt.* 4. *num.* 24., *&* 34.
(d) *Reſolut.* 110. *num.* 2.
(e) *Prax. Epiſc. part.* 1. *Verbo Viſit.*
(f) *De Offic.*, *& Poteſt. Epiſc. alleg.* 73. *num.* 43.

mus, ea brevitate efferremus, quam dignitas, & ratio argumenti pati poſſit.

XXIII. Neque verò in Avorum, quibus progenita fuit, nobilitate excutienda, ejuſdemque aut Vitæ crepundiis, aut maturioribus, & caſtigatiſſimis ſtudiis, queis uſque in admirabilem ſenectam mores ſuos compoſuit, inquirendis immoramur. Qui Sanctorum Res geſtas vetuſtis in memoriis percurret, nullo diſcet negotio Marcellinam Romana in Urbe, inter domeſticos Faſces, & cognatas Trabeas, in lucem editam Ambroſii Filiam, Satyri, & alterius Ambroſii, cujus Pontificatu, & paterno pluſquam patrocinio Sancta Mediolanenſis gloriatur, & exultat Eccleſia, Sororem natu majorem. Ipsà puellari in ætate ſolidioribus Catholicæ Diſciplinæ rudimentis enutrita, annos Virtute ſupergreſſa eò Sanctitatis profecit, ut gemmeo pluſquam dotata cenſu Dominicæ Nativitatis anniverſaria die Virginale induens Flammeum, cum Sponſo Jeſu immortales jungere quàm auſpicatiſſimas nuptias promeruerit, mirante Roma, & Sanctiſſimo Papa Liberio laudante. Quæ poſtea fuerint ejuſdem curæ, quænam pudoris ſollicitudo, quæ præcipuè molli in ſexu, & in clariſſimæ Progeniei Sobole perardua patrii luxus, & omnium rerum humanarum contemptio ex eo conjicies, quòd rectiſſimus Virtutum æſtimator, & morum cenſor germanus Præſul, neutiquam carni, & ſanguini adhærens, eam Virginum Magiſtram, & Exemplar, eam integritate Venerabilem, eam SAN-

CTÆ,

CTÆ, ac SANCTITATIS honorificentiſſimo nomine nobiſcum adhuc verſantem, in ſcriptis ad ipſammet epiſtolis, nec non in Fratris Epicedio, appellare minimè dubitaverit.

XXIV. An autem ſeptenos inter Colles, vel in hac Inſubrum principe Civitate probatiſſimæ vitæ curſum impleverit nonnulli certare viſi ſunt. Baronius (a) Epitaphium refert hujus Illuſtris Fœminæ Tumulo a S. Simpliciano inſcriptum poetico ſtylo, quod ſe accepiſſe tradit ex Codice Bibliothecæ S. Petri, exaratum in calce ejuſdem Vitæ (b). Deinde hæc addit : = Apparet ex his S. Marcellinam, Romæ cum Virginibus Sacris degentem, noluiſſe Paterno Sepulcro condi, ſed Mediolanum transferri Corpus ſuum, ponique apud Sanctos Satyrum, & Ambroſium Fratres, æquè juxta SS. Martyres (ſcilicet Protaſium, & Gervaſium) tumulatos =. Hinc, ut liqueat quomodo ex hoc funebri carmine opinionem ſuam eruerit Eminentiſſimus dignitate, & eruditione Scriptor, opportunum cenſuimus hoc loco idem exponere.

Marcellina, tuos cum vita reſolveret artus,
Spreviſti Patriis Corpus ſociare Sepulcris,
Dum pia Fraterni ſperas conſortia ſomni,
Sanctorumque cupis carâ requieſcere terrâ.
Nil longinqua domus caſto decerpſit amori:
Affectus nec morte perit; nam munere lethi

Rurſus

(a) *Ad ann.* 383. *num.* 17.
(b) *In lib. de Vit. Sanctorum lit. C. pag.* 147.

Rurſus juncta Soror fraterna redderis umbræ,
Quamvis Roma pio ſuſpiret magna dolore,
Tertia quòd Sacri patitur jam damna ſepulcri.
Nec tamen angustam ſedem quis dixerit Aulæ:
Corporis hęc domus eſt, nam te, Pia Virgo, ſupernum
Accipit imperium placidæ poſt munera mortis.
Æternæ Chriſtus pretium tibi deſtinat Aulæ,
Præmia dans caſtis intacta Matris honorem.
Te medius, Juli, tranſcendit, ferviđe, curſus,
Et te, Virgo, tuus tranſvexit ad Æthera Sponſus.

XXV. Cum Puricellus anno MDCXLV. (a), fretus auctoritate Mombritii, Hilarionis, & antiqui cujuſdam Codicis in Vita S. Marcellinæ, nec non inhærens phraſi Ambroſii de exceſſu Fratris Baronium redarguiſſet erroris, eò quòd ex mox relatis carminibus inferret eandem, nunquam Mediolani commoratam, Romano ſub Cœlo Spiritum Deo reddidiſſe, calamum acuit (ut ex Libro edito anno MDCLVI., cui titulus = S. Satyri Tumulus illuſtratus =) Don Raphael Moneta Congregationis Olivetanæ, nobilitate, ſapientiâ, morum caſtimoniâ, virtutumque omnium culturâ celeberrimæ Monachus, nedum ut inuſtam Baronio notam abraderet, ſed pro aris, & focis dimicans, nimirum ut decus Sepulcri S. Satyri Portianæ ſuæ Baſilicæ, ſeu, ut nunc dicitur, S. Victoris ad Corpus vindicaret: Hinc ſupra citatos Scriptores, ac antiquiores Paginas cæcitatis damnare, quemadmodum clarum ſit Face ſecunda dicti

(a) *In Monum. Ambr. num. 19.*

CTÆ, ac SANCTITATIS honorificentiſſimo nomine nobiſcum adhuc verſantem, in ſcriptis ad ipſammet epiſtolis, nec non in Fratris Epicedio, appellare minimè dubitaverit.

XXIV. An autem ſeptenos inter Colles, vel in hac Inſubrum principe Civitate probatiſſimæ vitæ curſum impleverit nonnulli certare viſi ſunt. Baronius (a) Epitaphium refert hujus Illuſtris Fœminæ Tumulo a S. Simpliciano inſcriptum poetico ſtylo, quod ſe accepiſſe tradit ex Codice Bibliothecæ S. Petri, exaratum in calce ejuſdem Vitæ (b). Deinde hæc addit: = Apparet ex his S. Marcellinam, Romæ cum Virginibus Sacris degentem, noluiſſe Paterno Sepulcro condi, ſed Mediolanum transferri Corpus ſuum, ponique apud Sanctos Satyrum, & Ambroſium Fratres, æquè juxta SS. Martyres (ſcilicet Protaſium, & Gervaſium) tumulatos =. Hinc, ut liqueat quomodo ex hoc funebri carmine opinionem ſuam eruerit Eminentiſſimus dignitate, & eruditione Scriptor, opportunum cenſuimus hoc loco idem exponere.

Marcellina, tuos cum vita reſolveret artus,
Spreviſti Patriis Corpus ſociare Sepulcris,
Dum pia Fraterni ſperas conſortia ſomni,
Sanctorumque cupis cará requieſcere terrá.
Nil longinqua domus caſto decerpſit amori:
Affectus nec morte perit; nam munere lethi

Rurſus

(a) *Ad ann.* 383. *num.* 17.
(b) *In lib. de Vit. Sanctorum lit. C. pag.* 147.

Rursus **junctâ Soror fraterna** *umbra,*
Quamvis **Roma pio** *olore,*
Tertia **quòd Sacrâ** *sepulcri.*
Nec **tamen angustam** *erit Aula:*
Corporis **hæc domus est,** *Virgo, supernæ*
Accipit **imperium placidæ** *mortis.*
Æterna **Christus pretium** *Aula,*
Præmia **dans castis** *honorem.*
Te medius, **Juli,** *cursus,*
Et te, **Virgo,** *Libera Sponsos,*
auctoritate Mombritii, Hilarionis, antiqui cujusdam
Codicis in Vita S. Marcellinæ, nec inhærens *phrasi*
Ambrosii de excessu Fratris Baronium *redarguit*
erroris, eò quòd ex mox relatis carminibus
eandem, nunquam Mediolani commoratam, *Romanæ*
sub Cœlo Spiritum Deo reddidisse, calamum acuit (*ut*
ex Libro edito anno MDCLVI. cui titulus = S. Satyri
Tumulus illustratus =) Don Raphael Moneta Congre-
gationis Olivetanæ, nobilitate, sapientiâ, morum ca-
moniâ, virtutumque omnium celeberrimæ Mo-
nachus, nedum ut inustam Baronio notam abraderet,
sed pro aris, & focis dimicans, nimirum ut decus
pulcri S. Satyri Portianæ suæ Basilicæ, seu, ut nu-
dicitur, S. Victoris ad Corpus vindicaret: Hinc ita
citatos Scriptores, ac antiquiores Paginas cæcitas
damnare, quemadmodum clarum sit Face secunda di-

F

(a) *In Monum. Ambr. num. 19.*

Ope-

Operis: Eloquium Melliflui Doctoris, in textibus a Puricello adductis, tanquam ſub obſcurum (quod, ut ait, magnis ingeniis, profunda ſenſa volventibus, frequentiſſimum eſt) explicare ſuo marte, ac interpretari: Nec non proferre Epiſtolas anno CCCLXXXVIII. ad Sororem miſſas ex hac Metropoli. Objicit infenſa in Ambroſio, atque idcirco intimioribus præcipuè ejuſdem Conſanguineis Juſtinæ imperantis potentiam, ferventis Julii, vel Auguſti prope lethales romanis in agris æſtus, quo tempore domeſticis e laribus, de adventu ſollicita, diſceſſura fuiſſet: Ipſummet Sanctimoniale Inſtitutum eò maximè caſtris ſuis militare oſtentat, quod, licet ſtrictiori receſſui non manciparet juratam Deo Virginem, rarò tamen procedendi in publicum veniam impertiebatur, aliaque non diſſimilis ponderis argumenta congerit, quæ ab oblongo, & arduo itinere vel paratam abſterrere debuiſſent. Contendit anno CCCLXXXIII. terris ereptum Satyrum, cui proinde morienti, adeſſe non poterat amantiſſima Soror, quæ, etiam ad mentem Adverſarii, Mediolanum ſe contuliſſet, repertis jam SS. Protaſii, & Gervaſii Reliquiis, quod nonniſi anno LXXXVI. dicti contigit Seculi (a). Demum Baronii tutelam arripiens totis nititur viribus, ut ex recitata ſepulcrali Inſcriptione concludat Romæ mortuam Marcellinam, ac translatum poſtmodum, ſic eàdem in ſuis ultimis Tabulis decernente, in hanc Baſilicam venerabile Corpus.

XXVI.

(a) *Ambroſ. Epiſt. 22. ad Soror. am. 386.*

XXVI. En ipsissimas voces, quæ
cellam, citatè jam Face, alloquit
dicam, quid sibi velint verba illa

Tuos cum vita resolvi posset artus,

Nil longinqua domus casto decori ipsi amori:

Aut ego alius sum, nec latina intelligo, aut sibi volunt,
quid despectio Patrii Sepulcri, & electio Fraterni apud
Exteros facta est a Marcellina dum moreretur in Ion-
ginqua domo: Ergo non est mortua Mediolani.
gamus: Quid sibi volunt sequentia

Nam munere tibi

Rursus juncta Soror fraterna

Sanè nihil aliud dicunt, quàm benefacio mortis conie-
cuta es vicinitatem Fratrum pariter defunctorum, quæ
fueras prohibita dum viveres. Clarissima est sententia
nec video obscuritatem ullam in iis verbis, Lumen ità
ergo a te vapulat Baronius &c. =

XXVII. Hæc tamen tela, & impetus ingenio
simi Hostis minimè veritus Insignis Laurentiana Bas-
silicæ Archipresbyter, iterum in arenam descendit, sed non animo
pugnam instauravit, corpore quidem laborans, sed ingenio
tremens, malà, & multà jam ætate Cisterciensis (a), sed ingens
fatente initio hujus novæ Lucubrationis poni in
florens. Quæ de S. Satyri Tumulo adjudicando probi
Ordinis, quàm Olivetani Monachis
maticè protulerat argumenta vividius explicare, eamul
re præsidia, intortaque robore adverso spicula aut pe-

F 2

(a) *S. Satyri Tumulus restitutus &c.*

fringere ſtuduit, aut hebetare. Verùm hæc nihil moleſtiæ nobis faceſſunt. Marcellinam ultimos ſuos dies in hac Urbe vixiſſe (quod ad rem noſtram non parùm videmus intereſſe) magis, ac magis demonſtrare conatur, documenta documentis addens, ac præſertim oſtendens ſumpta ex ſermone Ambroſii verba de excelſu Fratris nulla indigere interpretatione, ut intelligantur, cum ea non occurrant penitiora, & profunda ſenſa, quæ nonniſi ſubobſcuræ locutionis involucro obducta, quaſi Delphici reſponſa Tripodis, in lucem queant exire; Si enim fides Auguſtino (*a*) deferenda eſt, fuit Ambroſius = fundens eloquentiæ lucidum, & perſpicuum Flumen =, & ex Caſſiodoro (*b*) = lactei ſermonis emanator, cum gravitate acutus, in perſuaſione dulciſſimus =. Revocat pariter ad trutinam Epitaphii carmina, quæ a contrariæ ſententiæ Vindice, arbitratu ſuo indolet explicata, & longinquam domum, nimirum Romanam, nihil caſto Marcellinæ amori decerpſiſſe docet, eò quòd ex mortali vita decedens quaſi oblita eſt, contempſitque patrios Colles jam procul ab eadem poſitos, cum Mediolani corpore, neceſſitudine, & affectu detineretur. Nec aliter *lethi munere* rurſus junctam Sororem *fraternæ umbræ reddi* dicit, niſi quia mortis ſuæ beneficio iterum dilectiſſimo Fratri propinquâ fiat, e cujus conſortio, quod cum Ambroſio adhuc ſuperſtite vitâ propriâ carius habebat, flebat avulſa;

Illud

(a) *Lib.* 2. *contra Julian. cap.* 5.
(b) *Lib.* 1. *Divin. inſtit.*

Illud quippe adverbium *Rursus*, non
Consultos, quos citat Anfossius (*a*)
Tullium (*b*), idem est ac *Secundò*
Hinc patet enucleatos ex utraque
Puricelli opinioni, vel saltem utriq
XXVIII. Non igitur adeo
assertio, cui non solum immeritò
Mombritius, Hilarion, &
quus Codex suffragantur, verùm
qui tum ante, tum post Baronium
præclara facta, ejusque obitum
Alter enim Codex MS. anno
in Ambrosiana Bibliotheca
paginâ primâ hæc refert: = Indulgentia
quia fuit habitatio S. Ambrosii,
Indulgentia fuit apposita
Virorum =. Philippus
Eremitarum S. Augustini in
Mulieribus ad Beatricem
miæ Reginam, qui e Typis
inter cætera hæc tradit: = Vitam
mis apud Romanam Urbem
vixere, deduxit insignem,
apud Germanos Ambrosium, &
concessit, & ibidem, post eorum
vit =. Anno XV. Seculi XVI. in

(a) *De sacr. Reliq. cultu. §. 31. num. 16.*
(b) *Primo de invent. cap. 39.*

solum apud Ser
sed etiam apud
Secunda corr.
Versus magis
esse opitulari
exsibilari debet
a Puricello
pauci etiam
inchytæ Virginis
fol. decimo
sathiri, & Marcellinæ
verendam tantorum
Bergomensis Ordinis
claris, & ele
Hungariæ, & Bo
MCCCCXCV
autem suam in
Parentibus, d
diem claudentibus
Mediolanu
Satyrum mortem, vitam
eosdem sensus
sentit

ſentit alter Libellus Ambroſianæ Bibliothecæ, qui agens de jam memorata Eccleſia Parochiali, Italico, ſed barbaro (prout illorum temporum calamitas ferebat) ſermone, ita ſe exprimit: = La dicta Gieſa fu habitatione di Sancto Ambroſio, e di Sancto Satiro, e de Sancta Marcellina, & hà granda indulgentia =. Breviarum Ambroſianum typographo prælo Venetiis elaboratum anno MDXXXIX. lectioni ſecundæ de noſtra hac Heroina his finem imponit: = Mediolanum dilectiſſimis ſe contulit Fratribus =, & paucis interpoſitis: = Ad ultimum dilectos Fratres & ipſa ſubſecuta eſt, cujus Virgineum Corpus venerabilis Antiſtes Simplicianus juxta Fratris Tumulum repoſuit decimo ſexto Cal. Auguſtas =. Demum Paulus Morigia in ſuo Civitatis, ac Diœceſis Mediolanenſis Sanctuario, quod in publicum prodiit vix enato Seculo XVII., verba faciens de eadem S. Carpophori Æde inquit: = Quiui vicino habitò Sant Ambrogio, e S. Marcellina =: Et revera prope idem Templum penultima ex parte Meridiei domus, nobili artificio conſurgens, perennis aquæ puteum exhibet, qui communiter S. Marcellinæ uſque in hodiernum diem appellatur. Scimus his teſtimoniis de domo, & puteo, utpote valde recentibus, modicè fidendum: Vel iiſdem tamen traditionem corroborari, quod in re præſenti haud infirmum ſubſidium eſt, quilibet agnoſcet. Hucuſque Auctores attulimus, miſſis aliis compluribus facilè adducendis, qui ante Baronium ſcripſere.

XXIX.

XXIX. Emortuo deinde tanto sic Principe, Philippus Ferrarius in Catalogo, quem luce donavit anno mentem suam sic aperit: = Quasi in rum Romæ) unà cum aliis Deo dicatis egit, donec, Ambrosio ad Episcopatum assumpto, desiderio non tam illius videndi, quàm gistro magis proficiendi causâ, Mediolanum se contulit =: Et post pauca: = Sancta Virgo no, quos unicè diligebat, orbata, tatis, & nunquam ferè ab illorum denique & ipsa migravit ad Sponsum sti, post annum CCCXCVII. a S. Ambrosium sepulta. Ex Breviario ex Libro Virginum Romanarum; Gallonio =. Ne autem suspiceris latuisse contraria Baronii Scripta, in sequenti annotatione: = Eadem non Mediolani obiisse a Baronio annum Domini CCCLXXXIII., quo commemoratur; ait enim illam Româ Mediolanum transferri, & cum tamen ex Vita, Libro de Virginibus Romanis, Breviario Mediolanensi eam Mediolani migrasse appareat =. Cur igitur verendum est, culum, ab hac Baronii sententia recedere, quam modo laudatus Augustinianus Cœnobita, Annalium apprime peritus, sacrorum ejusdem, securè omnino, constanterque

Virginibus vitam
Mediolanum se contu-
Virgo in officiis pie-
Simpliciano apud
Auctore Antonio
Ferrario
Mediolanensi, &
Annalium apprime peritus, &
ex Breviario
Romanarum
Virginum
Baronii Scripta,
a Baronio
Annalibus
Corpus fuisse
Fratres condi-
Romanis, &
migrasse appa-
quam modo
ejusdem

rerque rejecit, posthabuitque documentis derivatis tum ab Ecclesia nostra, tum a Gallonio Romanæ Congregationis Oratorii Sacerdote eruditissimo, qui jam Librum suum prope finem XVI. Seculi excudi jusserat. Adde clarissimas testificationes Monachorum S. Benedicti ex Congregatione S. Mauri in Vita Ambrosii, ex ejus potissimum Scriptis collecta, ac præcipuè num: VIII., in quo hæc leguntur de Marcellina: = Romæ quidem commorabatur eadem Virgo, sed Fratri semper (sermo est de Ambrosio) intimo quodam animorum nexu conjuncta fuit, ita ut ejus, si quando ipsum in Urbem traheret necessitas, conspectu minimè contenta, subinde Mediolanum itaret ad eum invisendum =. Idem colligitur pariter num: XXXIV., ubi Satyri lethalis morbus describitur, & obitus his verbis: = Ambrosius, ac Marcellina tristissimo illo potiti fuerunt solatiolo, quòd Fratri tam tenerè dilecto omnia ministerii, ac sedulitatis obsequia, & ægrotanti, & demortuo exhibuerunt =.

XXX. Verùm, quod haud infirmum opinionis nostræ adminiculum est, ne apicem quidem de translatione hujus Sanctissimi Corporis veteres, vel recentiores calami nobis reliquere. Nemo enarrat qua ætate, quis detulerit pretiosissimum Pignus, quo sensu, ac testimonio lætitiæ effusa in amplexus, & veneratione hæc Civitas, Populusque exceperit, defunctam licet, Sororem Pastoris, ac Parentis, cujus præproperæ mortis invidiâ erepti summo, ardentique adhuc amore fervere potissimùm tunc temporis debuisset. Nunquid hoc igno-

ignobile *nomen*, nunquid flocci
hæreditate *æstimabilius* Legatum
prorsus momenti hi Sacri Cineres,
traductio turpi, & ingrato silen
fuisset? Hæc fortasse plura, quàm
postularet, cum scilicet possessione
poris, quod hujus unicè est operis,
tia indubitatam habeamus. Attam
erga clarissimam Urbem facilis veni
quidem quanta sit gloriæ, & ho
Marcellinam adhuc versantem in re
vindicemus, unicuique compertum erit
ad nos.

pendendum pingui
nunquid nullius
ut eorum ad nos
tio prætermittenda
inflicuti nostri ratio
ter magni Cor-
ex omnium senten-
en amori nostro
da landa erit, cui
oris accessio, si
bus humanis nobis
Sed redeamus

S. Marcellinæ Virginis
Mediolani in Ambro Corpus
Basilica humatum siana

§. V.

XXXI. EXteri quidam Scriptore
rologiis antiquis dieu
obitus decimam septin
nimiter adnotarunt, I
omnino tacuere. Et sanè avaro hoc silen
Martyrologium Rosweydi, Hagenoyen

in Marty
Marcellinæ
m Julii una
cum autem
io usium fuit
, Matricula
Car-

Carthuſiæ Ultrajectinæ, & alii hujus claſſis Auctores. Plerique etiam Mediolanenſi in Urbe quieſcere nobiles has Exuvias ſcribunt, ſed proprium non indicant Conditorium, ut obvium eſt legentibus Molanum, Gravenum, Editionem Lubeco--Colonienſem, Franciſcum Maurolicum in ſuo Martyrologio, multò quàm antea emendato, & locupletato anno MDLXX., Arturum de Monſtier in ſuo ſacro Gynæceo, &, cum aliis, Gabrielem Bucellinum in Sacrario Benedictino, qui omnes ſancta hæc Lipſana Mediolani reperiri affirmant, ſed quonam adorentur in Fano unanimi taciturnitate prætereunt; Invaluit ſiquidem hæc conſuetudo apud eos, qui Hiſtorias univerſales, & plurium Cœlitum Catalogos conſtruunt, ut qua in Urbe, vel Oppido diſtributæ ſint venerabiles Reliquiæ oſtendant, certæ verò ſedis nequidem verbum faciant, ut animadvertit ſupra nominatus P. D. Johannes Gaſpar Beretta (a).

XXXII. Haud deſunt nihilominus acervatim antiqua, & noviſſima magnæ fidei Monumenta, quæ vetuſtiſſimam hanc Ambroſianæ Baſilicæ & acquiſitionem, & poſſeſſionem demonſtrent, ac ſulciant; Etſi enim, quæ non ſemel pulcherrimam hanc Italiæ partem, & dominam Civitatem diripuit, ultimoque penè conſumpſit excidio, bellorum ira antiquiores Tabulas, & Membranas vel dilaceraverit, vel incenderit, vel tanquam opimam, & triumphalem prædam in extera tranſtulerit Archiva, res tamen literaria in miſerrimam adeò

(a) *In Lychn. chronol.* §. 1. *num.* 9.

dèò paucitatem redigi non potuit, ut non *ſuppetant* nunc plurium, ac plurium ætatum teſtimonia *votis* noſtris opportuna.

XXXIII. Primum itaque fundamentum *ſtatuat* Miſſale Capituli Metropolitani ad Ambroſiani *Ritus* normam conſcriptum in pergamena circa annos *Regnii* Caroli Magni, nimirum cadente Seculo VIII., ut *colligi-* gimus ex Pſalterio conſimilis adamuſſim *charactheris* ibidem reperto, notam dicti temporis præferente; eo nempe Miſſam invenimus, cujus titulus ſic *legitur* = Miſſa in Eccleſia S. Sacerdotis, & Confeſſoris *Ambro-* broſii, & SS. Protaſii, & Gervaſii =; Deinde *hæc* ſequitur ſtatim Oratio ſuper Populum: = Propitiare *Sancti* quæſumus, Domine nobis famulis tuis per hujus *Sanctorum* Sacerdotis, & Confeſſoris tui Ambroſii, & Sanctorum *Virtu-* Martyrum tuorum Protaſii, & Gervaſii, atque *tibus*, nis tuæ Marcellinæ, qui in præſenti requieſcunt *Eccle-* ſia &c. =. In Præfatione pariter, expreſſis nominibus *ſiæ* & meritis eorundem Tutelarium noſtrorum, nec *nostræ*, Marcellinæ, iſta ſubduntur: = Undè & pro *eorum* veneratione in loco Reliquiarum illorum hæc *Sacra-* menta ſalutis noſtræ tuæ offerimus Majeſtati =: *mentum* autem Miſſa exſcripta etiam manet in Miſſali *Eadem* gamena, quod a Munificentia Johannis Galeatii *ex per-* comitis primi Ducis noſtri hoc Capitulum *Secula-* accepit, ut dictum eſt §. primo. *re.*

XXXIV. *In exitu Seculi* IX. Anſelmus II. *vitæ* mortali finem poſuit IV. Cal. Octobres, & = Jacet *ad*

S. Ambroſium juxta Altare S. Marcellinæ =, ut ex Catalogo Præſulum noſtrorum in Ambroſiana Bibliotheca, excerpto a perveteribus Chronicis exiſtentibus penes quemdam Nob. de Lampugnano Loci Legnani. Landulphus etiam hujus nominis primus Archiepiſcopus anno III. poſt DCCCC. dicitur = ſepultus ante Altare S. Marcellinæ ad S. Ambroſium = in Codice vetuſtiſſimo Tabularii S. Marci hujus Urbis, qui, ut ex eodem eruitur, ex Chronico (ut aſſeritur) Datii deflu xiſſe videtur; Tanta quippe Antiſtitum Mediolanen- ſium animis inſederat erga Marcellinam Religio, ut vel morituri in extremi obſequii teſſeram ad ejuſdem Sepulcrum cineres ſuos advolvi imperarent. Quod autem prope medium ejuſdem Seculi X. præſtatur argumentum ex Teſtamento Attonis Vercellenſis Epiſcopi ſatis patet in expoſitis §. II.

XXXV. Vix orto Seculo XI. in volumine MS. multiplicium Diplomatum, & Privilegiorum, quæ Pontifuere contermino huic Baſilicæ Monaſterio, occurrunt Epiſtolæ Arduini (Ardoinum alii, vel Harduvigum, vel Harduvicum ſcribunt, ut Puricellus (a) notavit) Regis Italiæ hoc tenore exſcriptæ ab Exemplari, ut plurimum literis aureis exarato Papiæ anno Coronationis ejuſdem Sereniſſimi Principis MII., quod & hodie viſitur in Aſceterio Monialium S. Mauritii: = Notum ſit omnibus &c. =: Et poſt nonnulla interpoſita: = Dile-

(a) *In Monum. Ambr. num.* 203.

Dilectum Papiensem Episcopum, & Consanguineum nostrum S. Syndonem Reverendum Archicapellanum, & Consanguineum nostrum S. Ambrosio Pontifici, Satyro Confessori, Marcellinæ Virgini Germanis, ac Gervasio, & Orobasio Martyribus, ut pro nobis intercedere dignarentur: Ostenderunt etiam nobis adesse Hugonem ejus fratrem Venerabilem Abbatem Monasterii prope Ecclesiam præfati Beatissimi Pontificis Ambrosii, ubi ejus, & dictorum Protectorum nostrorum Sacra Corpora venerantur &c. Confirmatis exinde collatis jandiu eidem Monasterio Privilegiis, hæc subdit: = Insuper præfato nostro Monasterio, ejusque Abbatibus per tempora Curtem nostram de Susino, positam prope Alpes in Marchia natu nostro Eporediæ, cum suis Capellis, Castro, Castellis, & rebus manentibus, & se moventibus, cum Oliveto, & mansis decem terræ, & omnibus ad ipsam Curtem pertinentibus, liberaliter donamus, & impartimur, ut de nostram tam vivis, quàm mortuis in integrum Oliveto continuò Lucernas quinque ardeant ante corpora dictorum Beatorum Protectorum nostrorum quippe in eadem Ecclesia quiescentium &c. =; Adeò autem constans erat vel ipsis in regalibus animis opinio tam sanctis Virtutum, quàm vicinia Sepulcri Marcellinæ cum Sanctissimo Parente, ac præcipuis Defensoribus nostris, ut eàdem humilitate precum, & Patrocinii certitudine simul omnes obsecrandos esse censerent.

XXXVI. Beroldus (qui etiam peculiares Cleri Me-

Metropolitani Ritus, & Cæremonias anno MCXX. vel XXIII., ut placuit Puricello (*a*), in unum congeſſit indigitamentum, quod Manuale, & Pontificale Ambroſianum appellavit) in ſuo Martyrologio huic & ipſe Templo XVI. Cal. Auguſtas inſignes has attribuit Exuvias conſuetà hujuſcemodi Scriptorum phraſi: = S. Marcellinæ Virginis ad S. Ambroſium =: Neque vel latum unguem ab eodem diſceſſit, exeunte Seculo XIII. Guiffredus Buſſerus, perbrevi, ac veluti compendiariâ viâ, mores, & Clariſſimæ Fœminæ res geſtas poſteritati commendans.

XXXVII. Perſpicuum aliud Monumentum nobis offert Benvenutus, cognomento de Rambaldis, Seculo XIV. in admirabilis molis, & eruditionis volumine MS., quod Chronicon Benvenuti communiter dicitur, ſervaturque in Ambroſiana Bibliotheca; Ibi enim de hac agens Civitate, ob oculos priùs poſitâ familiari, penè ſupra privatæ fortunæ conditionem aſſurgente, plurium Ædificiorum magnificentiâ, non ſinè finitimarum æquè, & exterarum gentium admiratione, ac invidia, ſic narrationem ſuam producit: = Sed non minùs redditur glorioſa ex Sanctorum Corporibus ibi quieſcentibus, quibus noſcitur prædotata, de quibus aliqua Corpora nominabo, & loca, in quibus quieſcunt: Corpora Sanctorum Gervaſii, & Protaſii, & Sororis B. Ambroſii, nomine Marcellinæ, quieſcunt in Eccleſia B. Ambroſii &c. =. Benvenuto adſtipulatur Galvaneus Flamma, qui

(a) *In Diſſert. Nazar. cap. 98.*

pi in ejuſdem Seculi opuſculo, quo collegit ſericm
plurium SS. Corporum jacentium in Civitate, Comi-
tatu, & Territorio Mediolanenſi, ait: = Feſtum
S. Marcellinæ Virginis die decima ſeptima Julii: Jacet
ad S. Ambroſium =: Fuſius tamen etiam ſe explicat in
ſuo Chronico Majori, ut infra trademus.
XXXVIII. Hoc perſuaſiſſimum ſtetiſſe primi in
emergente Seculo XV. in aperto eſt ex Codice per-
meno Ambroſianæ Bibliothecæ, in cujus tertia par-
continetur = Nomenclatura Eccleſiarum Urbis pre-
ſertim Mediolanenſis, & Indulgentiarum, & Corpo-
rum Sanctorum, quæ in eis requieſcunt =. In exor-
autem hujus Nomenclaturæ clarum eſt teſtimonium
expreſſim his verbis: = Reperitur in antiquis Roma-
norum Pontificum Regiſtris, quòd viſitantes Eccleſias
Beatiſſimi Patris Ambroſii, in qua ejuſdem Corpus &
nec non Corpora Sanctorum Martyrum Gervaſii
Protaſii, S. Marcellinæ Virginis, & Sororis S. Ambroſii
&c. requieſcunt, omnium peccatorum ſuorum venia in-
conſequantur =. In fine verò iſta pariter occurrunt = =
Hæc ſunt infraſcripta Corpora Sanctorum, quæ jacent
in Eccleſia S. Ambroſii Majoris Mediolani. S. Ambro-
ſius irreprehenſibilis Archiepiſcopus Mediolani, Sancto-
rum Protaxii, & Gervaxii Martyrum, S. Marcellinæ
Virginis &c. =. Floruiſſe verò firma, virentique juventa
opinionem hanc ſenescente eodem Seculo fidem facit
Ambroſianum Breviarium ex Tabulario Metropolitani
Capituli acceptum, quod anno MCCCCLXXVII.
regnante

Digitized by Google

regnante Johanne Galeatio Maria Sfortia Vicecomite Duce Mediolani VI., Typographica Arte (quæ huic ætati ſua debet primordia) cudi in membranis curavit in hiſce S. Ambroſii Canonicalibus Ædibus Zentilinus de Mayno, Eccleſiæ Majoris Presbyter, & Cardinalis nuncupatus, nec non, ut in eodem legitur, Divi Ambroſii Eccleſiæ Mediolani Canonicus, & Bruzani Præpoſitus; Ibi ſiquidem XVI. Cal. Auguſtas, redeunte Solemnitate hujus caſtiſſimæ Chriſti Sponſæ, apponitur = Ad S. Ambroſium =, ſcilicet ubi ejuſdem colitur Corpus. Nec ab his minimùm diſſentiunt Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Calendaria, quorum plura valde antiqua, ac MS. in pergamena invenimus in Bibliotheca Ambroſiana, in Archivis Metropolitani Collegii, Canonicorum S. Ambroſii, Templi S. Euphemiæ, & Congregationis erectæ ſub titulo Divinitatis; Hæc quippe, uniformi verborum ordine, vel haud admodum diſſimili, ad eandem diem XVII. Julii ita ſe exprimunt: = S. Marcellinæ Virginis: Ad S. Ambroſium =. Superſedemus enumeratione Auctorum ſanè plurimorum a Seculo XVI. uſque in hanc diem, qui in hiſtoricis ſuis Lucubrationibus, quæ præcipuè in hujus Monaſterii Ambroſiani Muſæo videri poſſunt, & a nobis naviter expenſæ ſunt, omnes, vbi de Marcellinæ Tumulo mentio intercidit, unam, eandemque nobiſcum mentem apertiſſimè profitentur.

XXXIX. Nemo interim nobis intemperantiæ vertat alia ex aliis cumulantibus teſtimonia, quæ, cum quo-

poridie prope in oculis verſentur, idcirco neutiquam in
præterquitenda cenſuimus, ne, dum remotas Ætates,
& Terras inquirimus, in manibus poſita aut neſcire,
aut ſaltem negligere videamur. Hæc autem deſumi-
mus ex duplici Tabella, quarum una reperitur in
Oratorio, cui nomen eſt *De Paſſione*, poſito e later-
ſeptentrionali Atrii hujus Baſilicæ, in qua MS. in pe-
gamena ſub anno MDXVI., recenſitis Corporibus Sanc-
ctorum, quorum poſſeſſionem Maxima ſibi Eccleſia
vindicat, ſubjiciuntur; recto ordine, quæ Ambroſii
Templum inſigniunt, inter quæ haud vltimum locum
tenet Corpus S. Marcellinæ. Altera pariter in per-
mena, expreſſa characteribus ultimâ penè antiquita-
detritis, manet apud Canonicorum Capitulum, de-
vata, ut in eadem videre eſt, ex tunc etiam anti-
ſimis memoriis, cujus exemplum prælo confectum affi-
xum eſt in eorundem Sacrario. Initio præfert hæc
verba: = Cum juxta veritatem Evangelicam &c. =
Deinde in Cœlitum numero, quorum hic cuſtodita enu-
tiantur Lipſana, enitet Marcellinæ nomen. Hujuſmodi
verò Tabellas, in aperto, ac propatulo loco pendentes,
non recentioris luſtri, ſed inveteratæ Religionis curæ,
& ſollicitudine exaratas, plenam ſibi, & inconcuſſam
fidem arrogare certum eſt ex Bart., & Baldo (a), nec
non ex aliis Juriſtis, quos adducit, & ſequitur Anſoſius
(b) inhærens veſtigiis Baronii, qui, in Notis ad Mar-
tyro-

H

(a) *In l. monum. cod. de Reliq., & ſumpt. fun.*
(b) *De SS. Reliq. cult. §. 34. num. 2.*

tyrologium, hiſce minimè aut timuit, aut erubuit inniti teſtimoniis, agens de Sanctis Mediolanenſibus, Papienſibus, & aliarum Civitatum (a) (b)

XL. Nec vel levem moleſtiam ingerit ſive hæ ſchedæ manu Epiſcoporum munitæ fuerint, ſive non; Ut enim res ſit, tuentur ſibi victricem auctoritatem, eò quia vel publico ſemper, gravique juſſu impreſſæ præſumantur, vel integerrimam vocatæ ad trutinam, & in Acta Viſitationum relatæ (ut conſtat in noſtro caſu) cujuslibet credi debent expertes erroris, qui ſanè nec minuſculus in tanta, circa res hujuſmodi, noſtrorum Præſulum vigilantia metui poteſt.

XLI. Ex hac igitur plurimorum conſpiratione Auctorum firmiſſimum accedere cauſæ noſtræ fulcimentum nemo non intelliget, ſcilicet Sororis Ambroſii Virginale Corpus nonniſi in Baſilica a ter Maximo Fratre excitata conſervari; Haud enim concuti, vel contemni prudenter poteſt vis probationis ex unanimi tot Scripturarum, Annalium, Codicum ſenſu novem Seculorum ſpatio in hos uſque dies feliciter, conſanterque deductæ; Ex Chronicis quippe, Hiſtoriis, vetuſtiſſimis Paginis, Diplomatibus, Tabellis firmum omnino argumenti genus trahi perſuaſiſſimum eſt in utroque jure, ut teſtificantur Alex., Bart., Dec., & alii (c), quibus

(a) *6. Id. Jan. in V. Maximi Epiſc.*
(b) *7. Cal. Novemb. in V. Fulci.*
(c) *In L. 1. ff. ſi certum petatur.*

probare se posse scribit Mascardus (a): Quam prærogativam etiam privatis, quæ priscis Scriptoribus attestantur, tribuendam esse declarat Jus Canonicum (b). Hinc, ut rectus causæ nostræ ordo dictat, cum ostendemus nullum Ævum, nullum Auctorem, vel Cultorem extitisse, qui crederet, aut nequidem suspicaretur Sacra Marcellinæ Ossa alibi unquam quievisse, quàm in Confessione Insignis hujus, & Imperialis Basilicæ, ac in Tumulo, a quo, ut dictum est, anno MDCCXXII. educta fuere.

In Ambrosianæ Basilicæ Confessione ostenditur Tumulus, & Corpus S. Marcellinæ.

§. VI.

XLII. Quamvis nec e peregrinis, nec e civilibus calamis vel guttula quidem, qui memoriæ excidisset certi loci Marcellinæ Cineres fortunatissimo foverit amplexu, satis adhuc, superque eundem indicaret fama a primævis nobilis Sepulturæ annis, usque in

(a) *De probat. conclus.* 287.
(b) *Ex Cap. cum causam. §. mandamus, & cap. ad audientiam de præscript.*

in præſentem diem, glorioſo hoc in officio perſeverans; Quis enim in Hiſtoria etiam rudis, ubi ad ſacra hæc Limina acceſſiſſet, illico non eſt admonitus qua in Parte Cœleſti dives Margaritâ Monumentum veneraretur? Quem non tam Civium, quàm Advenarum inſonans auribus hic rumor in ſubterraneam Ædem non impulit, ut inter Sanctitate Inſignes Fratrem, & Sororem ſua partiretur obſequia? Hæc una vox omnium ſemper fuit nonniſi in penitiori hoc Sanctuario juxta Pontificis Germani Tumulum conditas fuiſſe Clariſſimæ Virginis Exuvias. Certi ergo felicitatis noſtræ, & decoris ſumus, aſtipulantibus Panormitano (a), Angelo (b), & Antonio Butrio (c), cum aliis utriuſque Juris Peritis. Nec innumeri deeſſent teſtes, ſi de hujus famæ veritate, vel levis poſſet controverſia inſtitui, cum tamen duos ſufficere Maſcardus (d) defendat: Imò unius etiam duntaxat confeſſio ſatis certam conſtituit ejuſdem exiſtentis famæ probationem, dummodo idoneus reputetur, ut declarat Durandus (e), cui conſonat Gloſſa (f), Card. (g), Cepolla, & alii.

XLIII. Neque in excutiendis Scriptorum monimentis

(a) *In cap. cum contingant. num. 4. de reſcript.*
(b) *In L. Athletas. §. calumniator. ff. de infam.*
(c) *In cap. 2 de calumn.*
(d) *Conſ. 749. V. fama igitur. num. 1., & duob. ſeq.*
(e) *Spec. lib. 3. tit. de not. crim. §. nunc de occult.*
(f) *In Cap. 1. V. Famam. extra de appell.*
(g) *Conſ. 9. circa fin.*

Digitized by Google

nentis aliqua nobis pulvis colligendus est, ut doceamur quo in Templi angulo hæc Arca emineret; Mulieres quippe adeuntibus, frequenti agmine, obvii fiunt percegrini, cognatique Auctores, qui non minori fidelitate, quam facilitate, tanti voti compotes reddant. Et iterum ad vexilla compellamus, quos a Seculo I usque ad XIII. nobis militasse intelligi potest ex dictis §. II., Signifer in præsens erit Galvaneus Flamma, qui in suo Chronico Majori (a), elaborato circà annum Seculi XIV., postquam Ambrosii obitum, Sepulcrum in hac Basilica descripsit (quod idem, juxta communiorem tunc opinionem, de Satyro censuit) hæc subdit: = Ultimò B. Marcellina juxta eos tumulata =. Mombritius Seculo XV., cujus auctoritas (quid contra sentire visus sit Moneta in supra relatis) & magni semper a Literatorum cœtu habita fuit, doctissimo Baronio commendata in suis Notis ad Martyrologium, de eadem sic loquitur (b): = Corpus ejus a Venerabili Antistite Simpliciano reconditum, Fratris (nimirum Ambrosii) Tumulo Sororis Tumulus est appositus =. Sub idem tempus Jacobus Philippus Bergomensis, in suo opere jam citato ad Beatricem Aragoniam, eodem modo mentem suam aperit, adjectis duntaxat nonnullis circumstantiis, quæ puriori mæ Mulieris Sanctitatem clariorem faciunt: En ejusdem verba: = Cujus Corpus Aromatibus delibutum S. Sim-

(a) *De Morte Ambr. Cap. 123.*
(b) *In Legend. SS. T. 2. pag. 98.*

Digitized by Google

S. Simplicianus Pontifex, S. Ambroſii immediatè Succeſſor, juxta Fratres appoſuit, ubi, eorum interventibus meritis, Dominus beneficia plurima Fidelibus rependit =. Plures, ac plures hujus rei teſtes recenſere poteſt Seculum XVI.; In Martyrologio enim MS. Bartholomæi Peregrini, recognito a Petro Galeſinio, XVI. Cal. Auguſtas dicitur: = A Sanctiſſimo Simpliciano XIV. Archiepiſcopo Mediolanenſi ſepulta juxta Fratrem ſuum (Ambroſium), ut legitur in Breviario Ambroſianæ Eccleſiæ =. Paulus Morigia (*a*), agens de hoc perinſigni Templo, & Corpora Sanctorum in eodem obdormientium recolens, inquit: = Ci ſono ancora in queſta Chieſa altri Corpi Santi, cioè il Corpo di S. Marcellina Sorella di S. Ambrogio, meſſa quivi da S. Simpliciano, e giace nello Scurolo =. His adde Antonium Gallonium ſupra citatum numero XXIX., & Bonaventuram Caſtillionæum in Vita MS. S. Euſtorgii pagina nobis 151. In ipſis deinde crepundiis Seculi ſuperioris ipſemet multoties laudatus Baronius, quamvis, ut obſervavimus, Romæ mortuam Marcellinam innuerit, apertè nihilominus confitetur = noluiſſe Corpus ſuum paterno Sepulcro condi, ſed Mediolanum tranſferri, ponique apud Sanctos Satyrum, & Ambroſium Fratres, æquè juxta SS Martyres (Protaſium, & Gervaſium) tumulatos =. Baronio conſentit Johannes Baptiſta Cariſius Mediolanenſis Sacerdos in ſuo Martyrologio MS. Sanctorum, de quibus in hac Urbe, ac in

(a) *Sanctuario della Città, e Dioc. di Mil. pag.* 89.

in ejus Diœcesi (utimur verbis in ejusdem fronte inscriptis) Officium, vel Templa, Altariaque consecrata sint, vel Corpora, aut insignes Reliquiæ asservantur, ex variis Martyrologiis, Calendariis, Tabulis, Monumentisque Ecclesiarum, nec non Vitis eorundem impressis, tum ex probatis, gravibusque Scriptoribus collecto &c.; In eo namque ista ad propositum nostrum perstringuntur XVI. Cal. Augustas: = Mediolani S. Marcellinæ Virginis, S. Ambrosii Archiepiscopi, Sororis, quæ Romæ in Basilica S. Petri, die Natali Christi, a Liberio Summo Pontifice Velum Consecrationi accepit, cujus Corpus a S. Simpliciano Archiepiscopo sepultum in Basilica Ambrosiana ad Monumentum S. Ambrosii Fratris pia veneratione adhuc asservatum =. Perspicuum est aliud testimonium Philippi Ferrarii jam adductum §. IV., nec non Roberti Ruscæ (a), Placidi Pucinelli (b), Gualdi Comitis Priorati (c), & aliorum, quæ libenter omittimus, ne inanis, ac supervacanei laboris apud præcipuè emunctæ naris Viros insimulemur.

XLIV. Attamen, & si timendum meritò nobis est, ne in re, quæ in tuto videtur, prolixior probatio tædio sit, præterire non possumus persuasissimum semper toti S. Ecclesiæ Mediolanensi fuisse, nonnisi in celebri hac Confessione collocatas prope Sepulcrum Ambrosii Sororis

(a) *Descriz. del Monist. di S. Ambr.* pag. 18.
(b) *Zodiaco della Chiesa Milan.* pag. 29.
(c) *Relaz. della Città, e Stato di Mil.* pag. 39.

Digitized by Google

roris Reliquias fuiſſe, decernente nimirum, quæ forti ſimul, ſuavique conſilio omnia regit, Providentiâ, ut individuus contingeret honor obſequii, quibus eadem penè fuit morum integritas, & amplitudo Meritorum. Hinc viſitur Volumen MS. in Bibliotheca Ambroſiana continens lectiones de geſtis Sanctorum, cum commentariis ad modum Martyrologii, exſcriptum, ut docemur ex ibidem expreſſis, ex alio antiquiſſimo in pergamena, quod cuſtodiebatur (ſed hodie inveniri nequit) in Eccleſia Parochiali S. Euphemiæ, in quo tertia lectio in Officio ſolemni hujus & Sanguine, & Sanctitate Nobiliſſimæ Virginis ſic clauditur: = Ad ultimum dilectos Fratres & illa ſubſecuta eſt, cujus Virgineum Corpus Venerabilis Antiſtes Simplicianus juxta Fratris Ambroſii Tumulum, ſummo cum honore, repoſuit &c. =. Nec inter ſe diſſentire viſa ſunt Breviaria cùm in lucem edita ante Galeſinium, tum ab eodem elucubrata, quorum ſenſa, ſi non adamuſſim verba, referuntur adhuc in noviter excuſis, quæ tertiæ lectioni ad Matutinum ejuſdem Virginis his finem ponunt: = Tandem Dei benignitate meritis cumulata quievit in Domino, a B. Simpliciano ſepulta ad Monumentum B. Ambroſii Fratris =. Quis igitur vel ſomnians effinget ſibi poſſe Baſilicam hanc, aut ejuſdem Confeſſionem tantæ poſſeſſionis ancipitem reddi, cujus undique ſecuram, quantumvis tum allata hactenus, tum producenda documenta nutarent, abundè efficit ſenſus, ac traditio S. Mediolanenſis Eccleſiæ, plurium Ætatum

tum *Grandi* suffragiis, nullo vel minimæ auctoritatis,
ac *Dei* æquidem tentata argumento, demum apertо,
vel tacito Præsulum nostrorum sibi longo ordine succe-
dentium unanimiter comprobata consensu? Utimur,
quod fas esse censemus, Chrysostomi verbis (a): = Tra-
ditio est: Nil quæras amplius =; Quamvis enim Tra-
ditio hæc sit particularis Ecclesiæ, plenam nihilomi-
nus dignitatem, gravitatemque præsefert, ut facillimum
esset ostendere, si ex Baronio in Notis ad Martyrolo-
gium Romanum (b), & ex Ansossio (c) paria
ceret exempla proferre.

De Loco Loci in eadem Confessione.

§. VII.

XLV. UT omnigenæ lucis affusione sacra
sana, priscis ab annis derivatâ religionis certitudine;
momenti testimonia reliquere, quod non adeò frequen-
ter

I

(a) *Hom. 4. in 2. ad Thessal.*
(b) *Idib. Maji V. Torquati &c., & 16. Cal. August. V. Gene-*
rosi, & T. 7. Annal. ad ann. 526.
(c) *De Sac. Reliq. cult. §. 22. num. 19.*

ter ſolet ſimili in materia contingere. Quot enim Superûm Oſſa e caſtigatis ad unguem membranis didicimus quo in Fano recepta ſint, penitus tamen locum ignorantes, qui eadem complectatur? Sapientiſſimi Eccleſiæ Doctoris Hieronymi Corpus ad Baſilicam S. Mariæ Majoris e Bethleemico Rure translatum ſibi Roma gratulatur: Quam verò ibi plani portionem exornet accuratiſſimè perquirenti Clementi VIII. P. M. patêre non potuit. Hæc ipſamet Sacra Ambroſio Aula (ut domeſtica proferamus, urgente acutiſſimi doloris ſtimulo, infortunia) inter cæteras, quibus lucupletatur, Cœlitum Exuvias, humatos propria fovet inter viſcera Manſuetum, & Benedictum hujus nominis primum, non minùs Sanctitatis, quàm Scientiarum famâ celeberrimos Ambroſiani Gregis Paſtores: Pio tamen mœrore torquetur, quòd necdum datum ſit tantorum invenire Parentum Loculos, quos debito honore, & reverentia proſequatur; Hæc enim invaluit penes etiam diligentioris ſtyli Hiſtoricos, conſuetudo, ut vix cum natalis Cœli ornamenta recenſent has quoque circumſtantias ſuis inſerant chartis, minutimque enuntient quæ Lipſana patriis in Aris claudantur, a quo poſita, qua in Theca, quo die, & Conſule.

XLVI. Inter hos igitur Johannes Franciſcus a Baſilica Petri, in ſuo parvo Opere italicè edito anno MDLXXVI., de nonnullis Mediolanenſibus Eccleſiis ad hanc gradum faciens, his cauſam noſtram illuſtrat: = Nella Confeſſione, che diciamo Scurolo è il Corpo

della

della S. Vergine Marcellina in cap[illegible] al detto Scur[illegible]
in un' Arca grande, ſopra una par[illegible] della quale è [illegible]
Altare ſotto al ſuo nome =. Exe[illegible] Secolo eode[illegible]
vel vix ſuperiori enato, Jacobus Phili[illegible]pus Beſta in [illegible]
Mediolanenſi Hiſtoria MS., quam [illegible] Tabulario [illegible]
Reformatorum S. Franciſci (vulgò [illegible] Giardino) in
nimus, hujus Baſilicæ ornamenta evo[illegible]ens (a), ait:
Ha queſta Chieſa di S. Ambrogio mo[illegible]li Altari, e
gli altri quello di S. Marcellina nello S[illegible]urolo, ove
ripoſto il Corpo di detta Vergine =. Nemo aure[illegible]
ſuſius, & luculentiis Puricello rem hanc proſecutus [illegible]
cim in Monumentis Ambroſianis (b), ſum in Diſſe[illegible]
tatione Nazariana (c): En ad literam ejuſdem d[illegible]
ſcriptionem, ex ſecundo hoc opere acceptam: = Cer[illegible]
rum ad caput ejuſdem Confeſſionis lateritius, ad binc
circiter cubitos, eminet e pavimento Tumulus, a pa[illegible]
riete per Ambroſium antiquitus, quando Baſilicam
ipſam conſtruxit, circumjecto modicè diſtans, & ind[illegible]
in longum deductus, cujus anteriori parti ſuperſtructur[illegible]
eſt Altare, quod Sanctæ Marcellinæ appellatur. In e[illegible]
igitur Tumulo mortales Marcellinæ Exuvias conqui[illegible]
ſcere creditum eſt. Ac ne ipſi quidem Tumulo nu[illegible]
deſunt literarum teſtimonia &c. =. His ſubſcribu[illegible]
Johannes Baptiſta Villa (d), Johannes Antonius Caſt[illegible]
lionæus

(a) *T. 1. lib. 4. cap. 8.*
(b) *Num. 19., & 98.*
(c) *Cap. 56. pag. 327. lit. a.*
(d) *De ſeptem Eccl. Station. pag. 42.*

Digitized by Google

lionæus (*a*), qui tamen adjacentis Altaris mentionem non habet, & Ripamontius (*b*) confeſſus Altare, quod ex errore inædificatum putat a Johanne Antonio a S. Georgio, de quo ſermo erit ſequenti paragrapho.

XLVII. Anne putas citra impudentiæ labem tot eruditos, probatoſque teſtes, ac in evolvendis Patriæ ruderibus experientiſſimos damnari poſſe violatæ veritatis, ac ſi unanimi conſpiratione in fraudem, & mendacia calamum obfirmaſſent, ut noſtræ Baſilicæ glorioſis incrementis ancillarentur? Nonne nos ipſi oculis noſtris perſpeximus cuncta diſtinctim, quæ doctis in paginis ad Poſteros tranſmittere ſtuduere? Anne cavillandi, rejiciendique tanquam ambiguæ, nulliuſque fidei Hiſtoriographi, qui hoc ſaltem ſuis Regionibus fœnus rependunt, ut eorundem viciſſitudines, ac prærogativas ex diſperſis hàc, illac rerum antiquarum fragmentis in unum conferant, colligantque Æternitati commendandas, ac ſi inſanus adeò, & audax in iis Patriæ amor ſit, ut nullam veri curam, nullum ſtudium pati ſoleat? Suſpenſo igitur animo excipienda forent, quæ Ambroſius tum de Caſtimonia, & integritate Sororis in Libris de Virginibus, in exaratis ad Syagrium Veronenſem Præſulem, aliiſque ad eandem datis Epiſtolis, tum de Sanctimonia Fratris in Tractatu de ejuſdem exceſſu, & Reſurrectione Mortuorum protulit, cum utriuſque ardenti adeò tene-

(a) *De antiquit. Baſil. Vicent. faſcic. 6.*
(b) *Hiſtor. Eccleſ. Mediol. Decade 1. lib. 5.*

retur benevolentia, ut nihil in rebus humanis habe-
ret pretiosius, nihil amabilius, nihil rarius. Parvipendi
deberet Gregorii Nazianzeni Epicedium, quo ultimæ
Gorgoniæ Germanæ persolvit officia tanti tamen
Baronio (a) æstimatum, ut, desumptis eodem doctri-
mentis innixus, Sanctorum Albo inserendam intrepidè
declaraverit. Imò tota fluctuaret (quod) acerbissimum
esset Catholicæ Ecclesiæ vulnus inflictum) ipsiusmet
Eminentissimi Scriptoris auctoritas, eò quòd, innatæ
erga Dominam Terrarum Urbem, & Purpuratum
suum Ordinem studio, dici posset ultra veritatis confi-
nia ejusdem jura, & Apostolici Imperii potestatem
dignitatemque amplificasse. Non hanc tamen benè
meritis Patribus, aliisve, qui patriæ Regionis decorem
erudito calamo prosecuti sunt, impinxit maculam An-
fossius in Opere supra laudato (b), ubi eò certiorem
judicandam esse Civitatum Historiam profitetur, quòd
ab Incolarum pervigili labore intexta sit, quos Latores
legum præsumunt de his longè præ alienigenis instruc-
tiores, securioresque, ut firmat ex Felino (c), Meno-
chio (d), Rotâ Romanâ (e), & aliis ibidem citatis.

XLVIII. Verùm forsitan quis posse nos redargui
cogitabit, eò quia si mordicùs tueri velimus ut indu-
biæ

(a) *In annot. ad Martyrol. Rom.* 5. Id. *Novemb. V. Gorgonia.*
(b) *De SS. Reliq. cultu* §. 13. *num.* 14.
(c) *In cap. quosdam. in princ. de præsumpt.*
(d) *De arb. Iud. lib.* 2. *cas.* 223. *num.* 8.
(e) *Decis.* 6. *de jure patron. num.* 2.

Digitized by Google

biæ fidei nonnullas ex teſtificationibus jam expoſitis, ac præſertim ex Flamma, Mombritio, Jacobo Philippo Bergomenſi, Baronio, & aliis, admittendum pariter foret Satyrum etiam in eodem ſubterraneo receſſu, unà cum Ambroſio, & Marcellina conditum, vel ſaltem in contermino Sacello ejuſdem Satyri nunc nomine notiſſimo; Germana ſiquidem Virgo conſtanti horum locutione Auctorum enuntiatur juxta, ſive apud SS. Fratres poſita, & humata. Antequam tamen reſpondeamus.

XLIX. Nemo, ut credimus, inficias ibit certum, ac communiter receptum eſſe, non alibi Maximi Pontificis, & Parentis noſtri Ambroſii Corpus reperiri, quàm ſub Ara principe hujus ſuæ Baſilicæ, ſub qua primò collocatum fuiſſe Paulinus ſcribit (a) contemporaneus Auctor, & oculatus Teſtis. Haud ſanè nos latet quemdam ſuperioris Seculi ſtylo aliunde, & mente præſtantem Virum ſummatim, & quaſi inciden ter, ſinè alicujus Hiſtoriæ, aut alio quopiam publico, privatove nequidem probabili documento, muſſitaſſe hoc quidem loco conditum, Paulino inſpiciente, Sanctiſſimum Pignus, ſed aliò poſtea aſportandum, & fortaſſe aſportatum. Aſt quilibet cordati ingenii eum videt adverſo navigantem flumine, communique perſuaſione, & auctoritate damnatum; Ab anno ſiquidem DCCLXXXIV. innumeris propemodum authenticis, ac omni exceptione majoribus Tabulis, Codicibus, Anna-

(a) *In Vita S. Ambroſii.*

Annalibus, Pontificum, ac Principum Rescriptis, aliisque omnimodæ firmitatis testimoniis usque ad annum MCLXII., quo ferale, & Seculis omnibus deflendum bellum, & excidium, præsente, ac imperante Friderico Ænobarbo, Urbem hanc expugnavit, evertit, ferroque & igne penitus delere contendit, manifestè demonstrat Puricellus in Monumentis Ambrosianis, ac pluribus in locis Nazarianæ Dissertationis inostensum undique manssisse sepulcrum Ambrosii, quod neque post direptam tam tunc, ac quasi in cineres redactam Urbem quis piam ausus fuit sacrilega, rapaque manu violare. Imò nec illuc aditum patuisse apertè docet, ex quo circa annum XXX. Seculi XII., S. Bernardus Cardinalis, & Episcopus Parmensis, annuente Anselmo Archiepræsule hujus nominis quinto, sacros recessus penetravit magna Lipsana veneraturus. En verba Puricelli (a) ex vita ejusdem Antistitis à contemporaneo Scriptore elaborata: = Aliquando, cum Mediolani pro hujusmodi negotiis (scilicet pro pace, & concordia ubique reformanda) per dies aliquot moraretur, Archiepiscopum rogavit, ut sibi B. Ambrosii Reliquias videre permitteret: Quod cum in die propter Populi frequentiam fieri non valeret, noctis medio, paucis secum junctis, accenso lumine, quia locus erat obscurus, cum ad Corpus Sanctissimum propinquasset, repente lumen extinctum est. Cumque Vir Dei hoc evenisse suis deletis cum lacrymis quereretur, subitò ibi sufficiens lumen appa-

(a) *In Monum. Ambr. num.* 18., & 312.

Digitized by Google

apparuit, ſicque votum ſuum, Deo auxiliante, complevit =. Hinc prodigii magnitudine haud abs re conjicientes, qui Eccleſiæ præerant, nolle Deum, provido conſilio, ut in ſacram Specum daretur ingreſſus, occluſa fuit quælibet via, adeòut, poſt Parmenſem Hierarcam uſque ad hæc tempora, nullius ad nos memoria pervenerit, qui, nec ope Miraculorum, ad magna hæc Pignora contuenda deductus ſit. Iter quidem tentavit Marchio Alphonſus Vaſthius circa annum MDXLI., ſed incaſſum. Prout res contigerit en tibi ex elegantiſſima, graviſſimaque deſcriptione Joſeph Antonii Saxii Ambroſianæ Bibliothecæ Præfecti (a): = Cum Marchio Alphonſus Vaſthius, Mediolanenſis Provinciæ Supremus Moderator S. Ambroſium præcipuum benegerendæ rei Patronum elegiſſet, atque ideo ipſius Sacrum Corpus colendi propius, videndique deſiderio incenſus petiiſſet ab Hippolyto II. Eſtenſi Archiepiſcopo ut ſibi adire liceret S. Antiſtitis Sepulcrum, obtinuit quidem: At, cum parietes interjectos disjicere conarentur, qui operi manum intendebant, paulatim oculis caligare, ac ſuccreſcente ſenſim viſus hebetudine offundi: Cumque non minùs ab infelici labore abſtinerent, penè cæcitate perculſi ſunt, donec admonitus triſti eventu pius Gubernator ab incæpto opere deſiſtere juſſit, ſtatimque, iterato prodigio, ſubrepens cæcitas fugit, redditumque oculis amiſſæ lucis beneficium =. Hucuſque doctiſſimus, atque erga nos humaniſſimus

(a) *In Differt. apogol. cap. 6. num. 94.*

nissimus Dissertator ex Jacobo Philippo Cinello (b). Adeo
superius citato (a), & ex Placido Tumulus soli
ne igitur cordi esse Superis potuerit
honorificentiæ causâ erectus, & vacuum Monumen
tum, ut ipsamet Miracula ejusdem præsidio excuba
juberentur, & eâ quidem vigilantiâ quæ non ta
impiorum conatus, quàm religiosissimorum cultus pr
cul teneret? Anne vel Prodigiorum fœco decipien
erat Mediolanensium pietas, & tanti momenti cela
dum furtum, ac si timendum fuisset ne alias ad Ar
translata Ambrosii Ossa venerari dedignaretur? Qu
sanæ mentis hæc sibi suadeat?

L. Satyri autem emortuos Artus haud hinc proc
quiescere opinio plurimorum fuit, a qua tamen no
pauci discessere. Indè ingeniosa Cistercienſis inter,
Olivetanæ Congregationis Monachos dissidia, contem
dentes ex utraque parte proprium Templum de tan
Corporis possessione securum. Prænobili huic concer
tationi finem posuisse videbatur diligentissimus in Sa
crarum Reliquiarum disquisitione, & recognitione
S. Carolus Borromæus die XX. mensis Julii, ann
MDLXXVI., cum in Basilica veteri Portiana, effos
Sepulcro, quo SS. Victoris, & Satyri Cineres occu
satis vulgata vox erat, verè eosdem se ibidem cond
tos reperisse exultaverit, exploratisque antiquissim
Sigillis, declaraverit palàm, indictâ etiam in sequen
tem diem solemni translatione, quam eâ, cui nunquam in

(a) *Part. 1. Lib. 4. cap. 121.*
(b) *Zodiac. della Chiesa Md. part. 3. pag. 375.*

Digitized by Google

in rerum Sacrarum cultu parcebat, Munificentiâ celebravit. Verùm, & ſi ſuperſtite Carolo, nec non per aliquos poſt annos alienæ fortunæ acquieſcere credebantur, qui, ut pronuntiatum erat, causâ exciderant, denuo itum in arenam, inſtauratum incruentum bellum, & utrinque nova, ut jam innuimus, accita ſubſidia, hinc ne everſa videretur poſſeſſio, illinc ne tanto firmata Judice nutaret. His, prout ſuſcepti inſtituti ratio imperabat, delibatis, occurrimus iis, quæ poſſunt objici.

LI. Qui gravibus ſanè fundamentis innixi (ut conſtat ex allatis, ac præſertim ex Diplomate jam citato Arduini Regis, & ex Epiſtola Seculo XII. data ad Martinum Præpoſitum hujus Baſilicæ, de qua infra numero LXIII.) in Ambroſiana Baſilica, vel prope ejuſdem fines humatum Satyrum autumarunt, humatam pariter Marcellinam juxta ambos Fratres ſcripſêre. Error tamen, ſi quis eſt, circa Satyri Tumulum neutiquam nos cogit, ut pariter de veritate Tumuli Sororis dubitemus. Hunc quippe, dic ſodes, ubinam inſtructum declararunt? Nonne in hoc Templo? Nonne in ejuſdem Confeſſione, quæ ſunt præcipuæ Loci deſignationes? Anne omnis fides hiſce etiam in propoſito noſtro neganda eſt Auctoribus, quòd non ſatis oculatè perſpexerint ubinam jacêret Satyrus? Haud nos latet, ex ſententia Flavii Vopiſcui in Vita Aureliani Imperatoris, quemlibet ex Hiſtoricis, cum præſertim in excutiendis Antiquitatis ruderibus inſudaverint, potuiſſe aliqua in parte decipi, & innocenti

men-

mendacio Posteritatem decipere animadvertit Leo Ostiensis (a), ac maximè Pauli Diaconi exemplis, rum narratione opinionem vulgi non nihil mirum si ab hujusmodi duce, in (b), = non est consilium, non ratio non diligentia =, in nonnullos trahantur propter Lopez Madera, in suo Opere excuso (c), prudenter docet in hac remotarum, ordinariè loquendo, corrigendos esse Scriptores Historicos per Inscriptiones, & Monumenta antiqua, in quibus error evidens non appareat. Atque men, quantumvis in alicujus facti circumstantia, nequidem gravis momenti (ut in casu nostro) a veritate diverterentur, absit ut, non dicemus in totius Voluminis mole, sed neque in facti ipsius substantia tanquam suspectæ fidei condemnandos censeas; Ex eò quòd enim in una, vel altera pagina insimulare falsitatis Historiam possis, ne totam propterea ut mendacem proscribas monent, junctis manibus, utriusque Juris DD., Bartol. (d), Baldus (e), Antonius de Butr. (f), Barbat. (g), & alii

De

Cum enim 75
Adductis pluribus
in rerum gest
semel sequantur
quo, teste Tulli
non discrimen
errores: Qu
ispanicâ ling
materia rerum
corrigendos esse
Monument

K 2

(a) *Chron. lib. 2. cap. 44.*
(b) *Pro Planc. c. 4.*
(c) *De veritud. Sac. Reliq. cap. 60. pag. 20.*
(d) *In l. si ex falsis. Cod. de transact.*
(e) *In l. si cum. Cod. de condict. ob caus.*
(f) *In cap. fraternitatis. col. 2. de Hæret.*
(g) *In repet. rub. in Clement. de rescript.*

Digitized by Google

De Antiquitate Epitaphii, Altaris, Sacrificiorum, & Feſtivitatis Sanctæ Marcellinæ ad confirmandum Locum Loci.

§. VIII.

LII. JActuram veterum Monumentorum, quæ, vel in Eccleſiaſticis Tabulariis commiſſa fidelibus membranis, vel in Templis, ac Cœmeteriis marmori inciſa, inſcripta parietibus, aut ſuperinductæ Sanctorum Sepulcris calci impreſſa erant, uberrimis deflendam lacrymis, ut pote graviſſimum Catholicæ Reipublicæ infortunium, cenſet Johannes Ferrandus; His ſiquidem (ut ejuſdem phraſi utamur (a)) ſive temporis edaci dente corroſis, ſive hoſtili flamma redactis in cinerem, ſive Infidelium rabie corruptis, ſive Clericorum, ac Præſulum, quorum intererat, incuriâ neglectis, vitiatis, deperditis, ſive alio quovis infortunii, caſuſve genere peſſundatis, & attritis, alta a dedo Sacras Reliquias alicubi ſurripuit oblivio, ut vix Cœlitum nomina, quorum forſitan tenent depoſitæ mortalitatis Spolia, ſoleant infelices incolæ venerari. Aſſ in nulla vel Seculorum, vel hoſtium ira, ac invidia miſe-

(a) *In diſquiſ. Reliq. lib. 1. cap. 6.*

Digitized by Google

miseranda adeò calamitatum angustias Urbem Mediolanensem conjecit, ut careret etiam sincero testimonio, ac fida Epigraphe, quæ latentes Marcellinæ Cineres eidem indicarent.

LIII. Si credimus Sigeberto (a), ipsemet Apostolorum Princeps feliciſſimo Sarcophago quo claudebatur Petronillæ Corpus, titulum addidit hoc lemmate: Aureæ Petronillæ dilectiſſimæ Filiæ. Godefridus autem Henſchenius in Vita hujus Virginis ad diem XXX Maji, cenſet nonniſi imprudenter Petro attribui poſſe Epigraphem hanc, eò quòd Romanam potius elegantiam ſapiat, quàm Chriſtianam primi Seculi ſimplicitatem. Nihilominus negari non poteſt invaluiſſe ſuccedentibus Luſtris laudatam conſuetudinem inferendi Sanctorum Loculis, Urniſque Elogia, ac Epitaphia, queis inſtrueretur ipſa Poſteritas qualesque quo cultu dignæ in eorum ſinu cuſtodirentur Exuviæ. Hinc diligentiſſimus piarum traditionum obſervator Simplicianus, ut jam diximus, cum primum terrenis nexibus expedita noſtræ Virginis Anima migravit a Sponſum, Tumulo inferens puriſſimos Artus, poetico adſtrictum numeris Epitaphium addidit, ut ex Baronio retulimus §. III., cujus etiam perſpicua eſt mens apud Gruterum (b), Heribertum Rolveydum (c), alios.

(a) *In Chron. ad ann.* 707.
(b) *In Monum. Chriſtian. de Templo Ambroſ. pag.* 1055.
(c) *In Notis ad Paulin.*

Digitized by Google

alios. Imò Alciatus (*a*), & Beſta (*b*), quo tempore eruditas ſuas Elucubrationes abſolvebant, ſcilicet circà ultimos dies Seculi XVI., & Templum hoc, & Virginale Conditorium illuſtri adhuc exornatum carmine ſe vidiſſe confitentur. Reſpondent his duo antiqua Volumina MS. Bibliothecæ hujus Monaſterii Ambroſiani, unum nempe, cui titulus = Antiquarium Mln. = pagina XXXVIII.: Alterum verò continens Monumenta, & Epitaphia ſelectiora, quibus hæc Baſilica exornatur, ubi de eodem Epitaphio.

LIV. Quo fato autem, qua temporum injuriâ, aut hominum ſocordiâ ereptum nobis ſacundum hoc Monimentum fuerit neſcimus; Elingues quippe ſuccedentium Ætatum Scriptores, ac hebetes omnino in hoc rei, ſiceoſque comperimus calamos. Facile tamen creditu erit inſcriptam calci ipſius Tumuli, vel proximi parietis, ut priſci moris fuiſſe tradunt Gregorius Turonenſis (*c*), & Sauſſayus (*d*), Epigraphem, unà cum ipſiamet calce, concluſi tunc nimium, nitroſive aeris maligenitate dejectam fruſtillatim periiſſe, abſque eò quòd, quibus Templi cura incumbebat, cordi foret ut ſtatim in priſtinum reſtitueretur. Nihilominùs hujuſmodi ſulcimentum haud penitus everſum nobis fuit. Qua parte ſiqui-

(a) *In ſuo Antiquar. MS. pag.* 28.
(b) *In Hiſtor. Mediol. cap.* 8.
(c) *De gloria Confeſſor. cap.* 36.
(d) *In Martyrol. Gallic. ad diem* 31. *Decemb.*

Digitized by Google

siquidem cæstissimo referta Thesaur[o] Arca orientem (ut ex §. II.) ser-
Solem respiciebat initio Seculi XVI. [pro]s dies, paucior[i]-
vabat adhuc, servavitque usque in [qui] nos integr[os]
bus licèt verbis constructum, titulum [teste] supra no-
fortunæ certissimos redderet. Si igitur [Elogiis], ac Inscriptio-
tato Ferrando, ex sepulcralibus [que] Sanctorum
nibus, quæ Cryptis, Mausoleis, ipsi[mur] quæ, a
Lipsanothecis incidi solent, certò [viæ], quis d[e]
quorum ibidem quiescant spectabiles [per] clauser[it]
bius erit, ne non Heroidis nostræ Ossa [ani] stylo, a
felix Tumulus, a quo apposita Simplici[corrupta] vitio ca-
nullo usque ad exitum Seculi XVI. [Borromæo] pro-
mina, nec non aliæ ipsimet Federico [prohi-
batæ Epigraphes omnem prorsus suspicionem
buisse cognoscimus?

LV. Gradum hinc facimus ad aliud non inæquale præstantiæ testimonium. Nemini Ecclesiasticorum Antiquitatum perito obscurum esse potest olim in usu apud Catholicos mansisse, ut vel Beatorum Civium Sepulcrorum vices, ac munus Altarium sustinerent, (quemadmodum de duorum Apostolorum Principum Urna docet Hieronymus adversus Vigilantium, & de Senoch Abbatis funebri Arca Gregorius Turonensis in ejusdem Vita) vel ipsismet Cœlestis Agni Mensæ superextruerentur, (b) Eulaliæ, & Hippolyti Martyrum triumphos describe-
Prudentius cecinit (a). Quapropter Augustinus San-

(a) *Hymn.* 3. & 11.
(b) *Serm.* 11. *de Sanctis.*

Digitized by Google

Sanctis Innocentibus Epinicium recitans = Videte (ait) quem iidem locum apud homines mereantur, qui apud Deum locum ſub Altario meruerunt =, & invictiſſimi Martyris, ac Carthaginenſis Epiſcopi laudes proſequens, inquit: = In eo loco, ubi Cyprianus poſuit carnis Exuvias, ibi hodie venerans multitudo concurrit, in quo propter Natale Cypriani Sanguis bibitur Chriſti &c. =. Hoc autem decore cumulatam videre Majores noſtri, vidimus nos ipſi Marcellinæ Arcam, adeò ut nullus Codex, Hiſtoria, vel documentum exhibeatur (quorum, ut liquet, non exiguus eſt numerus præcipuè a Seculo IX. uſque in hæc tempora) recenſens vetuſtiſſimi Sanctuarii noſtri Altaria, quod ſimul hoc dicatum Nobiliſſimæ Fœminæ non meminerit, ut clariſſimum eſt in ultimis Tabulis Attonis Vercellarum Præſulis, in Proceſſu ſcripto anno MCC., in Privilegio conceſſo huic Monaſterio ab Innocentio IV. anno MCCLI., nec non apud Bernardinum Arlunum, Beſtam, Puricellum, & alios, quos ſuperflui laboris eſſet iterum in arenam deducere. Quod nemini, ni fallimur, ſubmoleſtum erit, repetimus verba mox citati Borromæi Antiſtitis, expreſſa in pluries notata Luſtratione de hoc Altari: = Ex illius inſpectione valde antiquum videtur, &, ut ex diverſis traditionibus habemus, fuit primum Altare conſtructum, poſt tranſitum Beatiſſimi Præſulis Ambroſii =.

LVI. Nec ſacratiſſimæ huic Aræ honor, & cultus defuit ſive incruenti Sacrificii, quod in eàdem Supremo

no Numini libaretur ; ſive Lampa[illegible]Adis, quæ Regio
ſumptu accenſa perenni luce fulge[illegible], ſive ſolemnium
Supplicationum, ſive publicæ Feſti[illegible]atis, redeunte
ſingulis annis ſpectatiſſimæ Virgin[illegible]atali Die; Ad
quippe non tam Mediolanenſis Popu[illegible]i, quàm Exter
rum etiam animis ſemper inſedit ej[illegible]dem veneratio
ut non ſatis ſe coluiſſe Ambroſium [illegible]arbitraretur, q
unà ſimul vectigalem Sorori non ad[illegible]meret fronte
Rem claram faciunt Legatum mox [illegible]etiam adducta
Attonis Epiſcopi, & Literæ Arduini Regis Itali
quarum ſermo incidit §. V. Præterea Johannes An
nius a S. Georgio, qui & Juriſprudentiæ ſtudio,
qua ardua ſimul, & nobiliſſima Facultate ut Princ
habitus fuit, & Præpoſituralihujuſce Secularis Eccle
dignitate inſignis, cooptatus fuit ab Alexandro VI.
Sacrum Purpuratorum Ordinem (a), ac poſtmodu
Albani, Prænestini, & Sabini Epiſcopatus Tiarâ,
regimine exornatus: Eximius hic Princeps, & Præ
hanc ipſam Aram, & Arcam & inſito primis ab anni
& ſuccreſcente poſtmodum affectu Romanis è Collib
reſpiciens, eo cenſu dotavit, quo ſacrificanti quotid
Sacerdoti tunc temporis ſatisfieret, ut exponunt Jo
Baptiſta Villa (b), Eminentiſſimus Borromæus (c
Ripamontius (d), & alii.

(a) *In Vit., & reb. geſtis R. Pontif. & S. R. E. Cardin. a*
1493. *Ciaconii.*
(b) *De ſept. Eccleſ. Station.*
(c) *In ſupra cit. Viſit. ann.* 1609.
(d) *Dec.* 1. *lib.* 5. *in deſcript. Baſil. Ambr.*

Digitized by Google

LVII. Quàm verò perenni, peculiarique obſequio annuam tantæ Virginis Celebritatem utriuſque Capituli huic Choro adſcripti Clerus egerit, tranſtuſo identidem in Urbis, ac præcipuè Nobilium Matronarum præcordia conſtantiſſimæ pietatis ſenſu, abundè oſtendit confeſſio Teſtium in pluries nominato Proceſſu examinatorum. Inter cæteros autem Manfredus cognomine Oculi Blanci, qui jam ſupra quadraginta duos annos verſabatur in hiſce Ædibus Canonicalibus, & Guidfredus inter ſeniores Canonicos Cimeliarca, Teſtis uterque juratus, fatentur conſueviſſe Seculare Collegium, eàdem prorſus & Solemnitatis, & Eccleſiaſticarum Veſtium pompâ, ſcilicet cum Alba, Dalmatica, & Diacono (quod tunc nonniſi dignioris Sacerdotii privilegium erat (a)) canere = duas Miſſas in Natali Domini, & ejus Octava, in Epiphania, & in Feſtivitatibus duabus S. Ambroſii, & in Feſtivitate SS. Martyrum Protaſii, & Gervaſii, & in Feſtivitate S. Andreæ, & S. Marcellinæ &c. =. En igitur ut incolume a ferali calamitate, & clade, quæ circa medium XII. Seculi Metropolim hanc funditùs penè everterat, eo Ambroſianum Templum religionis apparatu ſuæ Heroinæ Feſtum Diem celebrare proſequebatur, quo devotas ſublimioribus Redemptionis Humanæ Myſteriis, vel Tutelaribus ſuis, ac pretioſioribus ſuorum Altarium Theſauris Solemnitates ſervabat. Tanti ſiquidem habebat ſibi cuſtoditum ſemper Virginale Corpus, quanti

(a) *Ex lit. S. Gald. Archiepiſc. ad Metropol. Capit. anno* 1172.

pendit Apoſtolicum, quo
& Ambroſii, Protaſii, & Gervaſii
& Ancilia.

LVIII. Et re vera non ſolum
tervallo excidit cordibus fortunatiſſimi
primò ſollicitudo, ſed potius ſucce
munificâ magis religione convaluiſſe
Quemadmodum enim legimus in
hujus Ambroſiani Cœnobii, elaborato
ab ipſis ſuperioris Seculi primordiis
erat (cui & in præſens inſiſtimus) ut
ſonitu pulſata in utràque Baſilicæ
campana prænuntiarent imminentem
multiplici Sacrificio & coleretur
pellectile Altare, & accurrentis
ut demum ſolemniori ritu, muſicoque
primæ Veſperæ, & natalis Diei
pomeridiana ab utroque Capitulo
Tumulum perficerentur. Cur igitur
honor, inſtituta, ac nunquam
vel inanis Arca, vel honorarium
ſim Svetonii, Sepulcrum fuiſſet, vel
quæ Marcellinæ non eſſent Venerabiles

tur, Mentum,
cariſſima Lipſiæ
ullo temporis
cultus concep
entium Ætat
in comperto
MS. Bibliothe
anno MDCX
more poſitu
duo ante hil
sacrà Turri
Celebritatem
tum diviti
ſatisfieret
concentu
quà
ejuſde
decret
intermiſſa Feſtivitas,
duntaxat, juxta ph
in eo condi
Exuviæ?

Addu

Adducuntur alia Documenta ad magis illuſtrandum Locum Loci.

§. IX.

LIX. FIrmum argumenti genus ad oſtendendos Civium Beatorum Cineres certa quieſcentes in ſede deſumi pariter Johannes Ferrandus (a) putat ex veteribus præſertim Picturis, ac Sigillis, quibus multoties Templorum parietes illuſtrantur; Etſi enim *Pictoribus, atque Poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*, juxta decantatam Venuſini Vatis poeſim, attamen hac uti venia nequeunt intra Sacrarum Ambitum Ædium, a quibus exulare debet, & ſolet quodlibet vel ingenioſiſſimum mendacium. Hinc prudens illa, & antiquiſſima conſuetudo effingendi, inducendique vultus Sanctorum, ubi eorundem reperiuntur exanimes Artus, cujus indubium exhibent teſtimonium Prudentius (b) Caſſiani, Euthimius Diaconus (c) Anaſtaſii, Aſterius Amaſiæ Antiſtes (d) Euphemiæ, Gregorius Niſſenus (e) Theodori

(a) *In diſquiſ. Reliq. lib. 2. priori parte cap. 1.*
(b) *Himn. 6.*
(c) *Action. 4. in Synodo 2. Nic.*
(d) *In eadem Synodo.*
(e) *Orat. in ejuſd. Marty. laudem.*

Digitized by Google

dit imaginem appositam referentes Conditoriis, quæ
mundem diteſcunt Oſſibus = Solet enim, eodem Nil-
ſeno docente, etiam Pictura tacens in pariete loqui,
maximèque prodeſſe, = ipſæque Sanctæ (ſunt verba
Theodoſii Ammorienſis Epiſcopi (a)), atque colendæ
Imagines, & Picturæ, & materiales ſcriptiones, atque
Muſiva ad noſtram doctrinam, & æmulationem, &
formam ſunt, & ſcripta conſiſtunt =. Præterquam-
quod nonne vetuſti Codices, & gravi, conſultoque
ſtylo exeſis inciſæ chartis memoriæ plenam apud Eru-
ditorum conſeſſum auctoritatem habent? Cur non ergo
Catholico deſcriptæ penicillo Tabulæ, ſacræque Effigies
hac vi, meritoque pollebunt, cum inſignium Reliquia-
rum veritatem facunda taciturnitate, hoc eſt ſui aſpe-
ctu, *nos edocent?* Hac ſcilicet ratione adumbratas,
illataſque in Delubra cenſet Damaſcenus (b), ut =
nobis ad rerum occultarum demonſtrationem, atque
notitiam, tanquam itineris Duces, aditum patefaciant
=. Quapropter hujuſmodi arguendi methodo ſecuri ab
omni erroris metu uſi ſunt in ſimili materia Baronius
(c), Anſoſius (d), Villega (e), & alii.

LX. An autem in Ambroſii Baſilica deſiderari paſſi
ſint Deceſſores noſtri valida hæc præſidia, ſuſpicari dun-

(a) *Apud Job. Ferrandum in diſquiſ. Reliq. lib. 2. cap. 1.*
(b) *Orat. 3. de SS. Imaginibus.*
(c) *T. 9. Annal. ad ann. 544.*
(d) *§. 35. num. 11., & 35.*
(e) *In præfat. Vitæ S. Chriſtophori.*

duntaxat poſſent, qui nunquam ejuſdem limina ſalutaverint, vel deſidi nimiùm, ac incurioſa prorſus religione ita ſe ſe animo, oculiſque affuderint ejuſdem Aris, ut ne cruſtulam quidem antiquorum Operum, quibus referta eſt, vel oſcitanter examinaverint. Ingredienti enim princeps hoc Mediolanenſis pietatis Sanctuarium ſe ſe perſpicua objicit, haud mediocri orbe incluſa, celeberrimæ Virginis Imago ſuperiori in Odeo, qua parte ſupra prægrandis feneſtræ coronidem concamerato elaboratum in faſtigio mirabile Opus Muſivum, multicoloribus lapillis, in ſpeciem antiquæ Picturæ, coaleſcit jam hodie ab undecim ferè Seculis, ut colligitur ex eruditiſſimo documento Patris Stavoli Societatis Jeſu, quod Eminentiſſimus Federicus Borromæus Ambroſianæ Bibliothecæ inſeri juſſit. Aliam in Aræ Maximæ operimento (communiter Tribuna) ſiniſtro in latere erectam tantæ Advenæ haud hinc procul jacentis frontem efferre credit Puricellus (*a*), qui pariter operimentum hoc ante medietatem Seculi IX. Porphireticis Columnis ſuperpoſitum confitetur (*b*). Plures etiam hujuſmodi ſpecies in conſpectum dabat penitius Sacellum cum in Ædicula in abſidem curvata ante Sanctorum Ambroſii, Protaſii, & Gervaſii Sepulcrum, ut ex eodem Puricello (*c*), tum inter varias Cœlitum, quos hæc Metropolis Aſtris donavit, formas, queis totam

(a) *In Monum. Ambroſ. num.* 72.
(b) *Ibidem num.* 62.
(c) *In Diſſert. Nazar. cap.* 110. *num.* 4.

um impleverat teſtudinem Seculum XIII. ut cre-
dit Corius (a), vel enatum vix XVI., ut mox citatus
Puricellus, tum præcipuè in anteriori parte Altaris
glorioſiſſimo ſuperincumbentis Tumulo, quod opus
lanè, & ſtudium fuit vetuſtiſſimæ Ætatis, ut oſtendi-
mus §. II. Nonne igitur hæc priſca ſollicitudo & cura
pingendi, efformandique, multiplicis etiam magiſterii
dictamine, Marcellinæ Imagines, non tam in uno,
eodemque Templo, quàm circa eandem Templi par-
tem, nos abundè inſtruit ubinam hactenus ſederint
Virginales Cineres, ipſæque, elingues licèt, Artes non
ſilent, quod & loquax fama, & facundis credita pagi-
nis innumera penè deprædicant documenta?

LXI. Accedunt in cauſa noſtræ tutelam ipſæmet
S. Eccleſiæ Mediolanenſis inſtitutiones. Triduo Lita-
niarum (quod primò S. Lazarus tanquam firmiſſimum
adversùs Barbarorum impetus, quibus tota teterrimis
illis temporibus quatiebatur Inſubrum Regio, tutamen,
in hac ejuſdem Paſtorali vigilantiæ commendata Dioe-
ceſi in jejunio, & cinere celebrari mandavit (b)) in-
ſtitutum eſt ut ſingulis in Delubris, quæ Clerus,
Populuſque adire precabundus ſolet, ea præſertim
invocentur Supèrum nomina, quorum ibidem foven-
tur Oſſa, præſcriptis idcirco pro qualibet ſtatione
ſpecialibus litaniis. Quis verò noſtrorum gnarus Ri-
tuum neſciat primâ ſolemnium harum Supplicationum
die,

(a) *Ad annum* 1233.
(b) *In Act. Mediol. Eccleſ. in Tab. Archiep. pag.* 975.

die, in ſerie Cœlitum muliebris ſexus, digniori loco in Ambroſiana Baſilica Marcellinæ nomen coli, opemque depoſtulari, eàdem peculiari obſequii, & fiduciæ ratione, qua, poſt Ambroſium, Tutelarium noſtrorum Protaſii, & Gervaſii, aliorumque hìc quieſcentium Sanctorum ſingillatim depoſcimus patrocinium? (a) Imò qualibet etiam die in Litaniis, quæ, juxta derivatam a majoribus noſtris religioſam conſuetudinem, in Choro canuntur poſt horam Nonæ, in ordine Beatorum, quibus quotidianus honor, velut in teſtimonium gratæ animi, ob demandatam his Aris ſuarum Exuviarum, non ſinè ingenti gloriæ, & utilitatis noſtræ fœnore, cuſtodiam defertur, clariſſimam magnæ Virginis mentionem adhiberi cuilibet notum arbitramur. Ecce, igitur quomodò (utimur verbis Athanaſii (b)) nos quidem de Patribus ad Patres per manus traditam hujus illibatiſſimi Corporis ſententiam habemus.

LXII. Juxta Tumulum itaque germani Pontificis in hujus Templi Confeſſione Marcellinæ Corpus ſepulturæ traditum, quam nos pluſquam auro, & lapide pretioſo ditatam vidimus, docet appoſitum a Simpliciano Epitaphium, inoffenſaque uſque in hos dies Epigraphe, docet ſuperædificatum Altare minimè ſecundum poſt obitum Ambroſii, docent legatæ a Vercellenſi Præſule annuæ ſupplicationes, docet accenſa Regali liberalitate Lampas, docet decretum a ſapientiſſimo,

(a) *Beroldus pag. 213. primo die Lit.*
(b) *Lib. 1. contra Euſeb.*

timo, & probatissimo Cardinali rerum nostrarum
diarium conscio quotidianum Sacrificium, docent cele-
brata quotannis natalis Dies, frequens imago, publicæ,
privatæque preces, illæ Antistitum nostrorum imperio
institutæ, hæ firmatæ consensu. Cui ergo de glo-
riosa hac possessione poterit minusculum etiam du-
bium suboriri? Timendum forsitan ne vel inimicorum
impiâ audaciâ, qua Sacra, prophanaque omnia pessun-
dari aliquando, ac proteri solent, vel sacrilegâ Hære-
ticorum vesaniâ Sanctorum Lipsanis mordicus insensâ
perierit nobis carissimum Pignus? Ast nec antè Æno-
barbi memorabile, totique posteritati defendum exci-
dium, nec ab ipso Ænobarbo, nec post eum ab ullo
hujus Civitatis, vel Ecclesiæ hoste occupatam, direp-
tamque unquam legimus insignem Basilicam, præva-
lidâ nempe Conditoris, ac Præsidis sui tutelâ securam.
Anne occulto scelere nobis ereptum, ac aliò translatum
asseres? Quo tamen, faveas, fundamento, quibus in-
diciis, quo Scripturarum, vel Auctorum documento
suffulta habit levis, ac nimium infirma opinio, ne
dicamus somnium, aut figmentum? Translatio siqui-
dem sacrarum Reliquiarum si Viros testes non habet,
nullos habet, cum, ut concludunt Juristæ (a), qui diu
possedit adhuc præsumatur possidere, nisi robusta in
contrarium pugnent argumenta.

LXIII. Præterquamquod non mirati sumus viduam
Arcam, nec in ea solius jacturæ nostræ lacrymabile testi-

(a) *Archid. in cap. Pontifices 7. q. 1.*

teſtimonium, cum præſente Eminentiſſimo Principe, & Archiepiſcopo noſtro, ut dictum eſt, elevatum fuit pergrave integumentum. Quotquot ibi tunc aderant Sacrum intuiti ſunt Caput, cæteraque penè Oſſa dinumeravere. Diceſne hæc fortaſſe ſuppoſititia? Apage! Haud nobis latet eveniſſe aliquando ut, quò felicius occuleretur alicujus Sacri Corporis furtum, alterius Lipſana ſubſtituerentur: Sic ex Tabulis Bibliothecæ Vaticanæ narrat Baronius (a), Stauratium, & Theodoricum, ut Alexandriæ Ægipti Corpus S. Marci Venetias deportandum furriperent, in ejuſdem Loculo collocaſſe B. Claudiæ Artus e proxima erutos Specu, in eadem Evangeliſtæ Clamyde eâ diligentiâ compoſitos, quæ nullum piæ fraudis ſuſpicandæ locum relinqueret. Quàm crebra tamen induſtrii aſtus in Hiſtoriis mentio? Quàm patens, perenniſque hilaritas, qua Adriatici Maris Regina Civitas teſtatur adhuc nullam ditiori tumentem præda, vel debellato Thrace triumphalem Claſſem littoribus ſuis appuliſſe? Nos verò ſimili fraude deceptos quibus, te amabimus, in Membranis, qua ætate aut lamentati ſunt domeſtici Annales, aut exteri promulgavere? Quæ Regio, quæ Provincia, quæ Fana, in Ambroſiani Templi perpetuum dedecus, & mœrorem, ſuis Theſaurum hunc arreptum finibus nequidem ſubmurmurare audiuntur? In Codicum, Hiſtoriarum, & aliorum Monimentorum non modicâ copiâ, a nobis ſeriò, & ſincerè excuſsâ nec mu

qui-

(a) *Annal. T. 9. ad ann.* 820.

eliam offendimus hujuſce
ra acquiſitæ poſſeſſionis. Scriptis ad clariſſimi nomi-
ſumus ex Belgio, ex Galliis, ex Romana, Florentina-
que Urbe, nec non ex aliis ab Inſubrum Cœlo ſeinotis
Athenæis num iis innotescerent contraria ſenſui noſtro
documenta, num, ad dolorem, & invidiam Mediola-
nenſis Populi, alienis nobile pretium Altaribus facerent
Corpus, Oſſave aliqua, vel modicus ſaltem inclytæ
Virginis Cinis, ne quis autumaret nos totum gloriæ,
& Propriæ fortunæ ſtudium deferre, nullam veritati:
Ex humaniſſimis tamen reſponſis nec verbum accepi-
mus, quod, non dicemus metum aliquem, ſed ne qui-
dem minimum dubii aculeum, aut ſcrupulum injiceret
animis. Gratulati ſunt omnes decori noſtro, adverſa-
tus hactenus nemo eſt. Intelleximus Avitam ejuſdem
Domum, Romæ prope Forum Piſcarium poſitam,
tranſiſſe in Aſceterium Virginum Ordinis S. Benedicti,
& Templum Fratri dicatum Antiſtiti, a quo nomen
habet S. Ambroſii in Maxima. Nullam tamen vel par-
ticulam poſſidet Virginalis Corporis Parentis ſuæ, ut
nos certos reddidit P. D. Don Joachimus Befutius Procu-
rator Generalis Congregationis Ciſtercienſis Provinciæ
Lombardiæ, & in Alma Urbe Abbas Monaſterii nuncu-
pati S. Crucis in Jeruſalem Epiſtolâ nobis ſcriptâ Pridie
Cal. Octobres anni ſuperioris. Imò ipſamet felicissimæ
hujus Domus Moniales Principem, & Antiſtitem noſtrum
etiam, atque etiam deprecatæ ſunt, ut perparum ſaltem

ſaltem tanti Theſauri, futurum maximum earundem Votis, & pietati ſolatium, ac decus, largiri dignetur: Ex quibus apertè liquet hallucinatum fuiſſe Carolum Bartholomæum Plateam in ſuo Libro Italicà linguà edito, cui titulus = Emerologio Sagro di Roma Criſtiana &c. =, in quo de hujus præſtantiſſimæ Virginis noſtræ Feſto, ac de memorato Aſceterio agens, inquit: = Quì ſono ſue Reliquie trasferite da Milano &c. =: Guiſtredus Buſſerus in ſuo opere de Vitis Sanctorum exarato in pergamena Seculo XIII., quod in Archivo Metropolitani Capituli reperimus, nonnulla recenſet intra hujus confinia Diœceſis Delubra, & Aras eidem peculiari famulatu extructas. In Tabulario hujus Secularis Capituli adeſt Epiſtola ſcripta in pergamena characteribus Seculo XII. familiaribus, quæ ſic exorditur: = Felici M. corpore, nomine, & opere valde congruo, ſuaviſſimi odoris Ambroſio P., & G. alacres adoratores &c. =, ex quibus eruitur datam fuiſſe Martino Præpoſito Ambroſianæ Baſilicæ, ad quem alias eorundem P., & G. exaratas habemus, ejuſdem nomine, non tantùm per literam initialem M., ſed per extenſum expreſſo: Clauditur his deinde eadem Epiſtola: = Cereo globo, in Purificatione S. Mariæ per miniſterium noſtrum ſanctificato, ſalutamus ſplendores Sanctorum tuorum, imò & noſtrorum, ſcilicet Ambroſii, Gervaſii, & Protaſii, Satyri quoque, & Marcellinæ, cujus adhuc Reliquiis inviti caremus =. Hinc videre eſt quanta etiam apud Exteros tunc temporis fore exiſti-

æstimatio, & cultus, ac Quàm fervens desiderium Reliquiarum Magnæ Fœminæ, quarum tamen nec exilem hucusque particulam ulla Regio, quod nobis innotescat, assequi potuit: Castissimum quippe, & ter maximum Pignus adeò inviolatum, ac Sanctum primævo, eodemque notissimo in tumulo servatum semper fuit, ut perspicuum sit Marcellinam uni voluisse Mediolanensi Civitati, ac in ea uni Fratris Pontificis Templo se totam impertiri.

Epilogus Operis.

§. X.

LXIV. MOrtale spolium, quod Marcellina Immortalitatem induens deposuit in Terris, usque adhuc illud esse demonstravimus, cui, in nostræ Basilicæ inferiori Sacello, vetustissima educto ex Arca, unà cum Optimo Principe, & Antistite nostro XV. Cal. Octobres anno MDCCXXII., humillima cremavimus thura, & obsequia impendimus. Etenim, licèt nulla calamum acueret necessitas, nullus concuteret metus, nulla turbatæ aliquando felicissimæ possessionis vel levior animos agitaret suspicio, eà tamen virium contentione susceptum munus obivimus, ut ex ipsis remotissimi temporis memoriis, ex diutina penè

penè conſumptis carie Membranis, altàque in oblivione jacentibus Monumentis evocaverimus præſidia, & teſtimonia, quæ longo Seculorum ordine probata ſuffragiis, ac Epiſcopalium Luſtrationum ſanctionibus firmata magni Pignoris perſpicuitatem, ſecuritatemque digito quaſi oſtendunt; Ex his quippe intemeratos Artus in hac ampliſſima Urbe, in hoc Inſigni, & Imperiali Templo, in hac Confeſſione, juxta Ambroſii Tumulum, in Sepulcro demum, quod fortunatiſſimo eventu aperuimus, a S. Simpliciano conditos, ac uſque in hanc Ætatem nullâ vel inopinati caſus, vel præmeditati ſceleris læſos injuriâ quilibet deprehendet.

LXV. Anne effingere ſibi non nemo geſtiet nobilium Exuviarum veritatem, ſeu (ut recentiore utamur dialecto) identitatem necdum ſatis patefieri? Quid ſi nullum in hoc ſtudium a nobis, nulla vel leviſſima collocata fuiſſet cogitatio? Anſoſſius, pluries in præſenti opere laudatus, Vir ſolertiâ multâ, & ingenio pollens, ac præcipuè Juris Canonici ſcientiſſimus, Sanctorum Ticinenſium Reliquias pugnaci vindicans ſtylo, hujuſmodi probationum genere minimè opus eſſe in propoſito noſtro teſtatur (a). Si enim unanimi conſenſu Legum Interpretes pergrave nimis hoc onus eſſe fatentur, ac proinde neutiquam Scriptoribus imponendum in rebus antiquis, quarum exordia jam ex animis, & hominum memoria excidère, iiſdemque nihil contrarium obſtrepit, ut ejuſdem Anſoſſii doctrinæ inhærena argu-

(a) §. 21. *num.* 26., *& ſeq.*

gumentatur Joh: Ferrandus (a), cur hæc in angu-
stas nos adigemur, vindicantes Ambrosianæ Basilicæ
Virginalem Thesaurum, quo donatam fuisse, deficiente
Sæculo IV. ab Æra Christi, nec latum unguem invicem
discedentes tradunt & multo senio liventes Paginæ,
& recentiorum Ætatum florentes calami, illi verò
ereptum, nequidem modicæ ex parte, aut primo loco
motum nullo unquam signari apice vidimus? Satis
ergo causam nostram, ut docet eruditione, & Ostro
Eminentissimus Tuscus (b), fartam, integramque red-
det concursus circumstantiarum, quæque præstò sint
non paucæ, nec parvi momenti conjecturæ. Ex his
namque non semiplenæ duntaxat, infirmæque rationis
adjutorium emergit (quod tamen in præsens sufficere
animadvertit Lopez Madera (c), cum pluribus aliis),
sed robustius, ac firmius præsidium, quod in rebus
humanis requiri possit, ut monemur ex S. Thoma (d),
& Suarez (e). Et sanè institutus Cardinalium, Antisti-
tum, ac Regum Munificentiâ honos Missarum, Pro-
cum, Luminum, superædificatum Sepulcro Altare,
depictæ in ejusdem fronte Imagines, perennis Festivi-
tatis celebratio, Epigraphes, publica, ac constans tra-
ditio, & fama, aliaque allata, & quæ ulteriùs asserri
possent

(a) Cap. 12. art. 1. sect. 1.
(b) T. 4. pract. Consil. jur. V. identitas. concl. 4. num. 1.
(c) De certitud. Relig. cap. 5.
(d) 2. 2. quæst. 50. art. 2. in corp.
(e) T. 1. in 3. part. S. Thom. Disput. 55. sect. 2. V. sed quæret.

Digitized by Google

poſſent documenta, majoris etiam, quàm Tridentina, cæteraque Eccleſiaſtica poſtulent placita, fulcimenti unicuique, ni fallimur, videbuntur.

LXVI. Neque verò graves nobis, ac moleſti forent, ſi qui nulla circùm recenter productas Exuvias indolerent edita Miracula, ac ſi ab hiſce tantummodo, quaſi a quodam Supremi Regis Sigillo, poſſeſſio noſtra invictiſſimam firmitatem, dignitatemque mutuare deberet; Non inficiamur enim, ut nonnullæ Cœleſtis Jeruſalem Civium Reliquiæ ab omni falſitatis formidine abſolverentur, hujuſmodi auctoritates, & teſtimonia petita fuiſſe, acceptaque Omnipotenti e Providentia, quæ nunquam Eccleſiæ Catholicæ defuturam Divina protulere Oracula. Sic in Concilio Cæſarauguſtano ſecundo, in Hiſpaniis celebrato exeunte Seculo VI., cum rem Sacram Romano in Solio regeret Gregorius I., inter alia notatione, & laude digna, ſtatutum legimus, ut Oſſa, quæ tanquam Sanctorum Lipſana in Arrianis Templis reperirentur, injici in flammas deberent, eaque ab Epiſcopis ſolùm veneratione excipienda declarari, quibus parceret examinator ignis, & inſuetam inertiam ſuam miratum vorax elementum obſequeretur. Beatorum Martyrum Neſtabii, Euſebii, & Zenonis Reliquiis immiſcuerant Gazenſes ex Sceletis Camelorum, & Aſinorum impuriſſima fragmenta, ut Chriſtifidelium religio hæreret in medio, & quod revereretur neſciret: Supremà tamen monſtrante Luce, a pia quadam Muliere diligentiſſimè ſecreta fuiſſe referunt

tur Sozomenus (a), Baronius (b), Bellarminus (c), & alii. Grandius autem, & in manu forti, ac brachio excelso patratum aliud in hac re Prodigium erudit sua nota tus Anfossius (d) ex Catalogo Trevirensi, quod sic exponitur. In Palestinam profecto Poppone Augustæ Trevirorum Præsule, ut Divini Redemptoris illustratas Mysteriis, Sudoribusque, ac Sanguine imbutas Terras inviseret, & adoraret, ejusdem vicibus fungens, cum ad Aram Maximi Trevirensis Templi peragret Sacrum, Metensis Episcopus Dominicæ Crucis Clavum, qui ibidem publicis patebat supplicationibus, occultè surreptum abdidit in Sinum, &, ne quis fraudi cognoscendæ locus daretur, ablato simillimum, de industria paratum, Altari imposuit. Verùm haud diu latuit sacrilega calliditas; Repentè siquidem e Sacratissimo Salvatoris nostri Pignore superna eductus virtute uberrimus Cruor, ac usque in terram defluens, & furtum aperuit, & furem, qui proinde coactus plani ramenta pretiosissimo affusa Liquore minutatim colligere, novo infelicis æstus, & cælestis Beneficentiæ Monumento Templum adauxit, exornavitque, quod perpetuo gravissimæ jacturæ mœrore damnare meditatus erat: Adeò quippe semper Deo cordi fuit puritas, ac nitor Ecclesiæ, quam sibi assumpsit in Sponsam, dile-

N O

(a) *Lib. 5. histor. Eccles. cap. 9.*
(b) *Ad annum 362.*
(c) *Controv. 4. lib. 5. de Reliq., & Imag. SS. cap. 3.*
(d) *§ 21. num. 45.*

Digitized by Google

dilexitque velut pupillam Oculi, ut nullum in eà vel nævum erroris diutius insidentem pati voluerit, ipsâque fortiori Miraculorum ope dolum omnem insidiosè, tacitèque obrepentem retexerit semper, everteritque.

LXVII. In re tamen nostra, dic nobis, quænam hujusmodi Signorum necessitas? Ut quemlibet docet Angelicus Doctor (*a*), Prodigiis non operatur omnium Parens, & Auctor, quæ inditis a Natura viribus assequi facili negotio possumus. Erit ne autem supra, sive saltem præter humanæ mentis facultatem, seriò expensis, quæ hactenus enumeravimus, documentis, in Ambrosiano Templo positum, ac nunquam avulsum ab ejusdem gremio præstantissimæ Virginis mortale Plasma dijudicare, illudque singillatim idem esse fateri, quod, hucusque in subterraneo Sanctuario quiescens, extraximus antiquissimo e marmore, in quo XIII. Seculorum spatio Avorum nostrorum vota, precesque susceptit? Viros Sacræ studiosos Historiæ latêre nequit plurima cœlestium Procerum Lipsana ex Urnis, Cryptis, ac Specubus effossa, meritoque Populorum cultu donata, solius traditionis indicio, ac famæ confessione rem satis, superque claram faciente, absque eò quòd cœcorum oculis insidentes disjicerentur tenebræ, absolveretur lingua mutorum, exilirent e loculis, absersa ferali sanie, redviva Cadavera, aliaque circumstreperent Miracula, quæ de novo inventorum Cinerum Sanctitatem probarent.

(a) *Prima part. quæst.* 111. *art.* 4.

bierat. = Inter initia quippe (sunt verba Ambrosii (a)) bein opportuit Miracula, ut fundamenta Fidei acci-pe-rent firmitatem: Nunc autem opus non est, quia Po-pulus Populum adducit ad Fidem =.

LXVIII. Finem imponimus huic Opellæ. Constitutione edita ab Urbano VIII. Summo Pontifice III. Id. Martias ann. MDCXXV., quæ incipit *Sanctissimus*, & habetur T. IV. *Bullarii Romani*, in qua pluribus præscriptis, quæ pernecessaria erant, ut abraderentur abusus, & corruptelæ *ob* inconsultam sæpe *vulgi* pietatem in colendis Imaginibus, & Cineribus *quorundam* non sinè perraræ *probitatis* opinione defunctorum, facilè *irrepentes*, subdit: = Quòd per suprascripta præjudicare *in aliquo* non vult, neque intendit iis, *qui aut per communem* Ecclesiæ consensum, vel *immemorabilem temporis cursum*, aut per Patrum, Virorumque *Sanctorum scripta*, vel longissimi temporis *scientiâ*, & *tolerantiâ Sedis* Apostolicæ, vel Ordinarii *coluntur* =. Hoc idem ab eodem Supremum Sacrorum Hierarca confirmatum deinde fuit III. Non. Julias anno MDCXXXIV. in alia Constitutione, quæ incipit *Cælestis Hierusalem*, pariterque legitur in T. IV. dicti Bullarii, in qua pro superioris decreti clariori intelligentia, hæc adduntur: = Insuper longissimum tempus, illius vo immemorabilem cursum, de quo in prædicto Decreto intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens =. Cum igitur, ut abundè innotescit ex

(a) *In Cap. 12. prim. ad Chorint.*

ex dictis, causæ nostræ suffragentur plurium, ac plurium Seculorum series, & probatissimæ, eædemque vetustate sua permultum auctoritatis sibi vindicantes paginæ, & longissimi temporis scientia, & tolerantia Romanæ Sedis, & Ecclesiæ, simulque Præsulum Mediolanensium consensus, placita, cultus: Cum nimiùm etiam palàm antè oculos omnium sint laudes, & Sacrificia in ejusdem honorem oblata, instituta ad hunc Tumulum Solemnia, erectum Altare, hæcque omnia non paucis ab hinc ætatibus, propterea Virginalis Corporis veritatem vel minimo severioris criticæ examini, ac censuræ neutiquam subjiciendam esse arbitramur.

LXIX. Reliquum est, ut restituta, sed nobilioribus Aris, inclytæ Heroidis Ossa, & expectantium Populorum in conspectu posita (quemadmodum brevi futurum credimus, optamus, precamur), ea contentione obsequii ampliſſima, & religiosissima Insubrum Metropolis excipiat, quam tanti Thesauri Pretium, & Sanctitas postulat. Delituit hactenus paupere, (dolentes fatemur) & inhonoro clausum silice æstimabilius auro Pignus: Exeat nunc in lucem cultu, qui nunquam defuit, se se pro merito vividiùs, ac magnificentiùs explicante, ostendatque ferventior Civium pietas quanti pendat Corpore præsentem Marcellinam, quam Patrocinio præsentissimam semper habuit. In Regum, Præsulum, exterorum æquè, ac incolarum animis incaluit anteactis temporibus erga Clarissimam Fœminam amor: Altiùs infixus tamen præcordiis nostris exardescat,

ut, gaudeantque præteritæ ætates se a Posteris vinci
emulatione religionis. Jam a Seculo IX. usque adhuc
(si unum excipias, ut dictum est, S. Bernardum Car-
dinalem, & Parmensem Episcopum) neminem scimus,
cui Pontificis Ambrosii Corpus, sub Altari Principe
diligentissimè custoditum, videre datum fuerit. Ubi
æternæ Beneficentiæ ter maximo munere fulgeret antè
oculos hujus Civitatis, quantus, Deus bone, quàm fre-
quens, alacer, effusus plebis, Procerum, ac Magistra-
tuum antè infulatam Frontem cultus, quanta in hoc
Templo Celebritas, & solemnium Officiorum magnifi-
centia? Cum tamen Divinæ Mentis secretiora consilia
occulendos adhuc decreverint optatissimos Vultus Pa-
rentis, & Pastoris Sanctissimi, ne tarditate plenissimi
beneficii spem, desideriaque nostra vel torquere nimis,
vel damnare videantur, dimidium nunc Ambrosii in
dilectissima, ac eidem simillima omnino Sorore Me-
diolanensium obtutibus deferunt. Qua itaque gaudii
pompa, quibus supplicis, gratique animi testificationi-
bus arripiendum est cælitus impertitum ingens Munus,
sanctissimum nempe Marcellinæ Corpus, quod non
solium totâ suâ, sed partim etiam maximi Germani
præsentiâ illustrabit Civitatem hanc omnem, & utri-
que semper carissimam Diœcesim, ac contra quoslibet
vel delictis nostris irati Numinis impetus validiori præ-
sidio fovebit? = Neque enim (cum Chrisostomo (a) loqui-

(a) *Homil. in Martyr. Ægipt.*

loquimur) tantùm adversùs hominum insidias, vel adversùs fallacias Dæmonum utilis nobis est hæc possessio: Sed, si nobis communis Dominus irascatur, his objectis Corporibus, continuò poterimus eum propitium reddere Civitati: Etenim, si qui multa præclarè gesserant, Majorum nostrorum ætate, Sanctorum Virorum nomina prætendentes, atque ad Abraham, Isaac, & Jacob appellationem confugientes nonnihil solatii sunt assecuti, ac magnam ex horum Nominum commemoratione utilitatem decerpserunt, multò magis nos, non tantùm nomina, sed ipsa prætendentes Corpora, Deum propitium habere poterimus, ac placatum =. Hucusque doctrina, & sanctitate notissimus Doctor.

LXX. Auspicatissimam hanc diem, eâ apparatus, ac sumptuum granditate, qua potioribus Solemniis semper adfuit, celebrandam enixè optaverat Federicus Borromæus. Qui tamen S. Ecclesiam Mediolanensem sublimioribus adauxit, implevitque pietatis, & generosissimi animi Monumentis, hoc claritatis additamento nitere non potuit, ut scilicet MARCELLINÆ OSSA, ab indecoris accepta tenebris, statueret in lucem gentium, & publicum præsidium Populorum; Uni siquidem servabatur BENEDICTO ODESCALCO hæc laus, & gloria: Par sanè bravium maximis, & immortalibus Meritis, quæ sibi, non in pristinam duntaxat, sed in ampliorem dignitatem, majestatemque restitutâ

AM-

PRINCEPS EMINENTISSIME. Cum primo erectum e lapide Templum hoc AMBROSIUS publica celebritate consecrare meditaretur, manifestatas sibi Divinitus per Visionem teste Augustino (a), Protasii, & Gervasii Reliquias, inter festivas Subditorum acclamationes, in nuperrimè a se conditam Aulam intulit, tanquam peculiarem gratiam, Sacerdotii sui temporibus a Domino Jesu tributam, ut ipsemet scripsit dilectissimæ Sorori (b). Tibi penè collapsum idem nobilissimum Sanctuarium instauranti haud impar contigit honos, ac, quemadmodum ille duorum Insignium Procerum, Tu pariter præstantissimæ HEROINÆ RELIQUIAS ex ignobili Sepulcro excepisti; Cum enim maximo Parenti, & Pontifici nostro propius accedas cum cæterarum Virtutum, tum præcipuè munificentissimæ Indolis æmulatione, æquum erat ut eundem pariter attingeres peculiaris gloriæ Societate. Eo itaque, quem cœlitus nactus es, spiritu ostende Tu etiam tua Cœlo trophæa, ostende Urbi, ostende Civium, Advenarumque votis, & expectationi. Triumphales Victimas fassus est AMBROSIUS se Gregi suo acquisivisse, quæ prosint omnibus, quæ perpetuo Civitati, ac toti Provinciæ patrocinio sint: Videant, sentiantque omnes, qui a BENEDICTO PRINCIPE, AN-

(a) *Lib. 22. de Civit. Dei. Cap. 8.*
(b) *Epist. 22. in edit. PP. Bened. S. Mauri.*

loquimur) tantùm adversùs hominum insidias, vel adversùs fallacias Dæmonum utilis nobis est hæc possessio: Sed, si nobis communis Dominus iratscatur, his objectis Corporibus, continuò poterimus eum propitium reddere Civitati: Etenim, si qui multa præclarè gesserant, Majorum nostrorum ætate, Sanctorum Virorum nomina prætendentes, atque ad Abraham, Isaac, & Jacob appellationem confugientes nonnihil solatii sunt assecuti, ac magnam ex horum Nominum commemoratione utilitatem decerpserunt, multò magis nos, non tantùm nomina, sed ipsa prætendentes Corpora, Deum propitium habere poterimus, ac placatum =. Hucusque doctrina, & sanctitate notissimus Doctor.

LXX. Auspicatissimam hanc diem, eâ apparatus, ac sumptuum granditate, qua potioribus Solemniis semper adfuit, celebrandam enixè optaverat Federicus Borromæus. Qui tamen S. Ecclesiam Mediolanensem sublimioribus adauxit, implevitque pietatis, & generosissimi animi Monumentis, hoc claritatis additamento nitere non potuit, ut scilicet MARCELLINÆ OSSA, ab indecoris accepta tenebris, statueret in lucem gentium, & publicum præsidium Populorum; Uni siquidem servabatur BENEDICTO ODESCALCO hæc laus, & gloria: Par sanè bravium maximis, & immortalibus Meritis, quæ sibi, non in pristinam duntaxat, sed in ampliorem dignitatem, majestatemque restitutâ

AM-

AMBROSIANA BASILICA, acquisierat. Agedum PRINCEPS EMINENTISSIME. Cum primo erec-
rum e lapide Templum hoc AMBROSIUS publica
celebritate consecrare meditaretur, manifestatas sibi
Divinitus per Visionem teste Augustino (a), Protasii,
& Gervasii Reliquias, inter festivas Subditorum acda-
mationes, in nuperrimè a se conditam Aulam intulit,
tanquam peculiarem gratiam, Sacerdotii sui tempori-
bus a Domino Jesu tributam, ut ipsemet scripsit dilec-
tissimæ Sorori (b). Tibi penè collapsum idem nobilis-
simum Sanctuarium instauranti haud impar contigit
honos, ac, quemadmodum ille duorum Insignium Pro-
cerum, Tu pariter præstantissimæ HEROINÆ
RELIQUIAS ex ignobili Sepulcro excepisti; Cum
enim maximo Parenti, & Pontifici nostro propius
accedas cum cæterarum Virtutum, tum præcipuè mu-
nificentissimæ Indolis æmulatione, æquum erat ut eun-
dem pariter attingeres peculiaris gloriæ Societate. Eo
itaque, quem cœlitus nactus es, spiritu ostende Tu
etiam tua Cœlo trophæa, ostende Urbi, ostende Ci-
viumque, Advenarumque votis, & expectationi. Trium-
phales Victimas fassus est AMBROSIUS se Gregi
suo acquisivisse, quæ prosint omnibus, quæ perpetuo
Civitati, ac toti Provinciæ patrocinio sint: Videant,
sentiantque omnes, qui a BENEDICTO PRINCIPE, AN-

(a) *Lib. 22. de Civit. Dei. Cap. 8.*
(b) *Epist. 22. in edit. PP. Bened. S. Mauri.*

ANTISTITE, ET AMANTISSIMO PASTORE ſe regi gloriantur, Te nobis aſſecutum fuiſſe pretioſiſſimos CINERES MARCELLINÆ, quæ perenni beneficio tuo, nova veluti Judith, ſit Gloria, Lætitia, & Honorificentia Populi, Pontificatus, & Eccleſiæ Tuæ.

FINIS

Digitized by Google

DIGNITATE, ET SAPIENTIA
INSIGNIUM, ET CLARISSIMORUM
THEOLOGORUM
CLERI CÚM SECULARIS, TUM REGULARIS
DE SANCTISSIMÆ VIRGINIS
MARCELLINÆ
CORPORIS,
EX CONFESSIONE AMBROSIANÆ BASILICÆ
NUPERRIMÈ EDUCTI,
POSSESSIONE, ET VERITATE,
IN SUPERIORI DISSERTATIONE EXPOSITÆ
APPROBATIONES, ET SENTENTIÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

DOcumenta, & argumenta firmiora, quæ, maximè sumpta a Visitationibus, ab Ara, ab Effigie, & a Nomine inscripto, eruditè congesta sunt in eleganti Opere, cui Titulus est = *Dissertatio Historica de Tumulo S. Marcellinæ Virginis, Sororis Sanctissimi Parentis nostri Ambrosii &c.* = omnia, tanquam signacula, & tesseræ concordes, coalescunt simul in validissimam probationem, & in eam tutiorem, quam Secula remotiora conferre possunt, certitudinem Reliquiarum Sacrarum ejusdem Sanctæ Virginis, ut jam de illis nec prudens ratio ambigendi, nec ulla supersit ansa inficiandi: Ideo voti sum amodo non opus esse de iisdem disceptationem proponere, neque licere de gradu, & possessione vetusti cultus eas dejicere, sed enixè agendum esse, ut, excitata Populi devotione, honorificè restituantur quamprimum publicæ Veneration.

Pridie Non. Februar. 1725.

Antonius Cornellianus Canonicus Ordinarius Theologus Ecclesiæ Mediolanensis.

II.

VIsis documentis, aliisque videndis, constat de Identitate Sanctarum Reliquiarum, seu Corporis S. Marcellinæ Virginis Sororis Sanctissimi Archiepiscopi, & Parentis nostri Ambrosii, ejusque Cultu immemorabili; ideo censeo tutò, & palàm posse publicæ Venerationi exponi.

VIII. Non. Februar. ann. 1725.

Bartholomæus Crassus Canonicus Ordinarius, & Pœnitentiarius Major in Ecclesia Mediolanensi.

III.

ERuditissimè congesta in præcedentibus Scriptis ad effectum probandi Identitatem Reliquiarum Sanctæ Marcellinæ Virginis, Sororis S. Ambrosii, ità ut publicæ Venerationi exponi possint, non tantùm leviorem, seu practicam, & moralem probationem facere, quæ tamen, cum agatur de Sancta ab antiquissimo tempore cultum habente, sufficere deberet, ut, post antiquiores, asserunt *Barbos. de Potest. Episc. part.* 2. *Allegat.* 97. *num.* 18. *Pignatel. tom.* 6. *consul.* 61. *num.* 1., *& seq. Pascuc. ad eundem Pignatel. p.* 1. *de Canoniz. Sanctor. fol.* 80. *pag.* 1. *circa finem, & pag. seq., & Monacel. in suo formul. legali pract. Tom.* 2. *tit.* 13. *num.* 25. *form.* 2., sed quin imò eandem Identitatem concludenter probare existimo; quare & ego me libentissimè subscribo.

Pridie Id. Januar. 1725.

Carolus Bazetta Ecclesiæ Mediolanensis Canonicus Ordinarius, & unus ex quatuor Comitibus Præbendatis.

Digitized by Google

IV.

ROgatus, ut ſenſum meum expromam ſuper Tumulo S. Marcellinæ Virginis, Sororis S. Patris, & Pontificis noſtri Ambroſii, de quo eruditam Diſſertationem elaborarunt Clariſſimi Viri Joſeph Septimius a Laude Ambroſianæ Baſilicæ Archipresbyter, & Don Alanus de Maculanis Ordinis Ciſtercienſis, Bibliothecæ Monachorum Præfectus, eandem legi, perpendique, & ſtante antiquiſſima traditione, poſſeſſione Cultus immemorabili, ac teſtimoniis concordibus Scriptorum, & Viſitationum ibidem adductis, cenſeo citra omnem rationabilem dubitationem poſſe Tumulum nuper apertum in Confeſſione dictæ Imperialis Baſilicæ S. Ambroſii, & Oſſa in eo inventa haberi, & coli tanquam vera prælaudatæ Sanctæ Marcellinæ Virginis, quemadmodum hactenus habita ſunt, & pia veneratione, etiam cum laterent, excepta, quin per tot Secula hujuſmodi perſuaſionem adverſa ulla auctoritas infregerit, aut uſquam emerſerit veſtigium alterius Sepulcri, in quo hujus S. Virginis Exuviæ jacere cenſeantur; & in hac ſententia me eſſe judico, ſubſcriboque.

Mediolani VI. Cal. Febr. 1725.

Franciſcus Saxius S. Th. Doctor, Canonicus Ordinarius Eccleſiæ Mediolanenſis, & unus ex quatuor Comitibus Prebendatis.

V.

CUM Diſſertationem Hiſtoricam de Tumulo S. Marcellinæ Virginis, Sororis Sanctiſſimi Parentis noſtri Ambroſii, in ejuſdem Imperiali Baſilica humatæ, Auctoribus optimis, & Sapientiſſimis Viris Joſeph Septimio a Laude S. T. D., Archipresbytero in eadem Baſilica, & D. Alano de Maculanis Monacho Ciſtercienſi, & in Monaſterio Ambroſiano Archivo, & Bibliothecæ Præfecto, perlegerim, non modò ſtyli perſpicuitatem, & elegantiam, ſententiarum acumen, & gravitatem, eruditionis delectum, ſed illud præſertim animadverti, ſatis videlicet, ſuperque juxta Canonicas regulas Sacri prælaudatæ Virginis Corporis Identitatem, ut ajunt, atque exiſtentiam in memorata Baſilica demonſtrari. Me tamen prudentiori judicio humillimè ſubdo.

Mediolani. Pridie Id. Januar. 1725.

Jo: Baptiſta Repoſſius Præpoſitus Baſilicæ Apoſtolorum.

V I.

PErlecta eruditiſſima Diſſertatione, ut mentem meam in hac re aperiam, cenſeo nullum fuiſſe opus exacti diligentiſſimi laboris, eò quòd ageretur de Corpore inclytæ Virginis, cujus Cultui ab antiquo aſtipulabantur & fama, & preces, & duorum Antiſtitum Borromæorum Viſitationes, quorum ſtudio,

&

& ſollicitudini in recognoſcendis, examinandiſque SS. Lipſanis, multum defert Juſtus Fontaninus Vir doctiſſimus, & in hac materia verſatiſſimus, in Diſſertatione, quam edidit de Corona Ferrea: & ideo Cultus antiquus, Fama, & Viſitationes prædictæ certam faciunt dicti Sacri Corporis exiſtentiam, Identitatem, & Sanctitatem, ſicuti per eadem concludit pro veneratione Clavi Dominici, Modoetienſi Coronæ intexti, Fontaninus ſupra laudatus.

Nihilominus ejuſdem Diſſertationis perpenſis documentis, conſtanter aſſero ſatis, ſuperque per eadem comprobari, & confirmari ejuſdem Corporis S. Marcellinæ, Sororis S. Ambroſii Patroni noſtri, exiſtentiam in Inſigni Ambroſiana Baſilica, veritatem, ac poſſeſſionem, non ſolum ad effectum ut continuari debeat in poſſeſſione religioſi Cultus (ad tenorem reſponſi dati Sancto Auguſtino Anglorum Apoſtolo per Beatum Pontificem Gregorium Magnum, prout refert Fontaninus in dicta Diſſertatione de Corona Ferrea cap. 12., ubi Pontifex mandat Auguſtino, ne priùs Sixti illius, de quo ſcilicet agebatur, Reliquias venerationi Anglorum ſubduceret, quàm exploratum habuiſſet eas ad Martyrem vindicandum, attentis tot documentis, & famâ antiquiſſimâ, tanquam in re clara, & certa, optimè conſultum eſſe a Munificentia Eminentiſſimi Principis, Antiſtitis noſtri, ut ſacrum, & adorabile Pignus prædictum tranſferatur, & nobiliori in Ara collocetur, prout mens erat

rat ſapientiſsimi, & prudentiſsimi Cardinalis Archi
piſcopi Federici Borromæi. Ita &c. Me tamen &

IX. Cal. Februar. Ann. 1725.

Carolus Ambroſius Curionus S. T., & J. U. D., P
Apoſt., SS. Ambroſii, & Caroli Oblatus, in Inſi
Laurentiana Baſilica Præpoſitus.

VII.

DIſſertatio pugnans pro veritate, & poſſeſsion
Corporis Beatæ Virginis Marcellinæ, Sorc
Sanctorum Ambroſii, & Satyri, eruditè, atc
accuratè collecta a Clariſsimis, doctiſsimiſque Viris
ſeph Septimio a Laude noſtræ Congregationis Obla
S. T. D., & Ambroſianæ Baſilicæ Archipresbytero, ac
D. Alano de Maculanis S. T. Magiſtro, & in Monaſ
rio Ambroſiano Archivo, & Bibliothecæ Præfecto, ſ
ipſæ mortales Exuviæ, ſive Tumuli locus ſpectetur, t
tamque validis præſidiis muniri mihi viſa eſt, ut c
ejuſdem firmitate dubitare prudenter non ſinat. C
igitur tot documenta moralem gignere certitudin
videantur, & in re ſubjecta major certitudo non rec
ratur, ideo cenſeo Sacrum Pignus publicæ Fideli
venerationi exponi, & citra erroris periculum cultu
excipi poſſe. Me tamen graviori judicio ſapient
Virorum libenter ſubjicio.

VII. Cal. Februar. Ann. 1725.

P. Joh. Baptiſta Sutius S. T. D., Congregationis O
torum Præpoſitus Generalis.

Digitized by Google

VIII.

JUſſus ſententiam meam prodere an Oſſa, & Cineres anno MDCCXXII. XV. Cal. Octobr. reperta in Arca marmorea ſubterraneæ Cryptæ, ſeu Confeſſionis Baſilicæ S. Ambroſii Mediolani exponi poſſint publico Cultui, tanquam verum S. Marcellinæ Virginis Corpus, cum diligenter perpenderim momenta rationum, quas ex Scripturis antiquiſſimis, Traditione perpetua, Viſitationibus Mediolanenſium Archiepiſcoporum, aliiſque monumentis præſentium, ac ſuperiorum ætatum produxere in ſua Hiſtorica Diſſertatione de Tumulo ejuſdem S. Virginis Clariſſimi Viri Joſeph Septimius a Laude, & P. D. Alanus de Maculanis, accedente inſuper ex una parte conſenſu Scriptorum, qui non tam Locum Confeſſionis, ſed Locum Loci in eadem indicant; ex altera ſilentio omnium Hiſtoriarum, quæ nuſquam enuntiant aut alibi fixo datum Sepulcro, aut aliò translatum S. Marcellinæ Corpus, dico tanta certitudine rem hanc muniri, ut nullum omnino prudens dubium in oppoſitam partem oriri poſſe videatur, atque ideo ut publicæ Venerationi, tanquam verum S. Marcellinæ Corpus exponi valeat, favorabilem calculum meum adjicio, cum, juxta Sacri Concilii Tridentini præſcriptum, ac Theologos omnes, in hiſce rebus nonniſi moralis certitudo exigatur. Me tamen ſub cenſura, ac ſaniori judicio ſubſcripſi.

III. Cal. Februar. Anno 1725.

Joſeph Antonius Saxius S. T. D., SS. Ambroſii, & Caroli Oblatus, Collegii, & Bibliothecæ Ambroſianæ Præfectus.

Digitized by Google

IX.

DIſſertationem in decem Paragraphos diſtinctam, cui titulus = *Diſſertatio Hiſtorica Tumulo S. Marcellinæ Virginis &c.* = a Clarissimis Viris elaboratam, &, ut de ipſa, an ſuum evicerat intentum, judicium proferam, mihi tranſmiſſam maximo animi mei oblectamento perlegi; Eandem enim reperi undequaque Eccleſiaſtica Mediolanenſi patentem eruditione, qua uberrimè comprobato, Imperialis Ambroſianæ Baſilicæ a fundamentis erectionem non antè Reparatoris Adventum Ethnicis in falſi Numinis ſive Æſculapii, ſive Liberi honorem, ſed pro Redemptum Terrarum Orbem ipſi Magno Præſuli Ambroſio tribuendam, egregièque demonſtratâ inferioris Eccleſiæ, ſeu Confeſſionis vetuſtate, de S. Marcellinæ Lipſanis, nuper in ipſa Confeſſione detectis, principaliter, & fusè diſſeritur.

II. Super hoc autem Opere, cum meum ſenſum promere debeam, utrum præcipuus ſcopus a Doctiſſimis Auctoribus ſibi præfixus obtineatur, hunc duplicem eſſe animadverto: Primum, oſtendere identitatem Reliquiarum, illas ſcilicet Exuvias die XVII. menſis Septembris Anni MDCCXXII. ex Arca lapidea in Confeſſione dictæ Baſilicæ erutas, eſſe S. Marcellinæ mortale Spolium: Secundum verò nullam expectandam fore Sanctionem, ut publicæ Adorationi exhibeatur. Quibus prælibatis, utramque partem rationibus invictiſſimis in dicto Libro perſuaderi, ac roborari aſſentior, nec aliter poſſe rationabiliter ſentiri cenſeo.

Digitized by Google

III. Ut a prima exordiar parte, prænotandum arbitror, quòd passim per ora Theologorum, & Canonistarum circumfertur, ad probandam Reliquiarum Identitatem sufficere rationes, quæ moralem inducant certitudinem, hancque ad obtinendam nihil plus expostulari, quàm aut constantem famam, aut Scriptores fide dignos, aut antiquum aliquod Monumentum, aut tandem Præsulis assertionem. Ita *Suarez Tom. 1. in 3. partem Divi Thomæ, quæst. 25. sect. 2. in Disput. suprascript. art. 6. Baronius ad annum 637. §. 1. Ambrosius Morales apud Dianam Tract. 3. de Potest. Episcopi Reg. 91.*, & nuperrimè *Boldetus in suis Italico idiomate confectis Observationibus super Martyrum Cœmeteriis. lib. 3. cap. 11.* Invictissimam ergo illam nuncupabo rationem, ad quam efformandam, ut nunc contigit, tum constans **Fama**, tum Scriptores plurimi, ac graves, tum Vetera Monumenta, tum denique Amplissimorum Præsulum testimonia conspirant.

I. V. S. Marcellinæ Exuvias in Confessione Templi ab Ambrosio confecti, & juxta ejusdem Tumulum Fratris dilectissimi reconditas fuisse ostendunt Sapientissimi Scriptores ex perenni Mediolanensium consensu Sacræ Virginis Lipsana ibi venerantium. Proferunt vetustissimum Epitaphium a S. Simpliciano Ambrosii Successore Tumulo inscriptum, ab Eminentissimo Baronio relatum, quod, utpote suis temporibus perseverans, se vidisse inter alios testatur Vir omnigenæ Eruditionis Aleatus, simulque exhibent Inscriptionem Arcæ inte-

ntegumento inſcriptam, quam tot ab hinc annis retu
it Puricellus. Præter MSS. plures Codices, in mediu
ıdducunt Galvaneum Flammam, Mombritium, Ph
ippum Bergomenſem, alioſque, quibus ſubſcribit cita
tus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Princeps. Suæ aſſertioni va
lidum robur ſubminiſtrant ex Tabulis cùm Atton
Epiſcopi Vercellenſis, tum Arduini Regis Italiæ, q
ſuæ piæ Liberalitatis erga ibi quieſcentis Marcellin
Reliquias illuſtria dedere ſigna. At in ſententiam con
pelletur quiſquis ponderans verba, quæ referuntu
Eminentiſſimi Cardinalis, atque Mediolanenſis Eccl
ſiæ Archiepiſcopi Federici Borromæi in Viſitatione s
eodem habita initio ſuperioris Seculi. Quæ cum i
ſint, quis non videt Auctores noſtros Doctori Gentiu
2. *ad Theſſalon.* 2. præcipienti = Tenete Traditiones, qu
didiciſtis = morem optimè geſſiſſe, Sanctæque Marc
linæ Identitatem Reliquiarum ſtrenuè demonſtraſſe?

V. Ad ſecundam partem deſcendo, iterumque pr
nuntio in dicta Diſſertatione invictiſſimè probari, nu
lam fore expectandam Sanctionem, pro iiſdem Lipſ
nis Fidelium cultui exponendis. Duobus ſiquidem
fontibus oriri poteſt obligatio præſtolandi vel Sum
Pontificis Oraculum, vel Eminentiſſimi Archiepiſco
approbationem: Primò ex *Cap. de Reliq.*, & *Vener.*
Sanct., ubi dicitur = Inventas de novo Reliquias nem
publicè venerari præſumat, niſi priùs Authoritate R
mani Pontificis ſint approbatæ =: Quem textum poti
dixeris Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. Secu

dò

dò ex Tridentino *Seſſ. 25. de Invocat. Venerat., & Reliquiis Sanctorum*, ubi traditur: = Nec novas Reliquias recipiendas, niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo =. Utraque verò ſanctio Reliquiarum ſupponit novitatem, qua dempta, ſecludenda pariter erit obligatio.

VI. Novitas porrò in Reliquiis, juxta præcitata Conciliorum verba, biſariam evenit: Vel cum Perſonæ, cui tribuuntur, nondum Sanctorum Albo adſcribitur, & tunc Sedis Apoſtolicæ audiendum eſt Supremum Verbum: Vel, eſto Perſonæ contigerit Apotheoſis, eædem primò in lucem prodeunt, & Epiſcopi, conſilium præbentibus Theologis, ſufficit determinatio. Nulla ſanè a Doctoribus alia protruditur novitas, ob quam vetitum ſit, antè acceptam facultatem, Reliquiis thura cremare, ut obſervare eſt apud *Barboſam de Offic. & Poteſt. Epiſc. Alleg. 97.*, *Fagnanum*, *Reiffenſtuel in C. cum ex eo de Reliq.*, & *Venerat. Sanct.* Imò in duplici illa novitate fundant ipſi concordiam relatorum Textuum, quorum ſecundus, dum cæteroquin Epiſcopis universa lem concederet licentiam approbandi Reliquias, primo videretur opponi, ut reflectit ibidem Reiffenſtuel.

VII. Utraque novitas per Diſſertationem Hiſtoricam Sacris Marcellinæ Exuviis adimitur. Etenim quis etiam non recurrente per Univerſalem Eccleſiam quotannis ſub die XVII. Julii memoriâ noſtræ Heroidis Sanctorum Faſtis adſcriptæ, Marcellinam nondum inter Divos celebratam affirmabit, cum, præter ea quæ

quæ raptim tetigi numero IV., legerit ipſi Delubr
dicata, Lampades accenſas, publicas Preces inſtitutа
ac decretum in ejus honorem incruentum Sacrificium
Hæc quidem jam præſtitum Marcellinæ cultum ultr
pateſacere ambigi non poteſt.

VIII. Non minoris ponderis ſunt documenta, qua
profert hæc Diſſertatio Hiſtorica ad evincendum Sacra
Lipſana non recèns inventa, ſed illa eadem eſſe, qua
vetuſtiſſimo cultu ſub Marcellinæ nomine celebrantur
Juxta D. Ambroſium tumulatas fuiſſe Marcellinæ Exu
vias Teſtes ſunt Galvaneus Flamma, Mombritius, Pu
ricellus, Philippus Bergomenſis, Morigia, & cum alii
Baronius, iter præmonſtrante Epitaphio a Succeſſore
Ambroſii confecto, de quo numero IV. Locus autem,
qui *juxta Ambroſium* meritò nuncupatur, is certè eſt, e
quo erutæ fuerunt Exuviæ. Quod ſi ſcrupoloſiori inda-
gine Teſtes exoptantur, nuntiantes eandem Arcam,
ut amplectentem pretioſa Pignora Sanctæ Virginis,
præter unanimem Civium Mediolanenſium vocem
ipſam Arcam indigitantem, afferuntur Johan. Franciſ-
cus a Baſilica Petri, Puricellus, Villa, Caſtillionæus,
Ripamontius, & alii plures intemeratæ fidei Scriptores.
Qua de re, ſi per Gabrielem a S. Vincentio, apud Bol-
dettum loco citato, unus Teſtis ſufficiens eſt ad Reli-
quiarum Poſſeſſionem, ac Veritatem probandam, ab
omni dubii ſuſpicione procul erit Corpus e Tumulo
inferioris Eccleſiæ eductum illud idem eſſe, quod a
D. Marcellinæ feliciſſimo Spiritu animabatur. Cujuſ-
cumque

cumque tamen ulterioris inquisitionis viam claudunt Acta Federici Borromæi, de quibus in fine Numeri IV.

IX. Reponet fortasse aliquis dicta Lipsiana e Tumulo, in quo per tot Secula condebantur, educta Palorum Veneration tradere, quid novi esse. Fateor: At non omne novum de Reliquiis contingens ipsas novas reddit, recènsque inventas in sensu Concilii Lateranensis II., aut Tridentini. Secus a nova contexta Arca, vel a novo erecto Delubro ità innovarentur Reliquiæ, ut Supremæ Sedis, aut proprii Antistitis approbationem iterum expostularent, quod nemini in mentem venit.

X. Hæc de laudata Dissertatione Historica, ut meum Votum, paucis attigi, quæ, cum velut Lux promam Veritate dictabam. repeto eandem, utpote meridiana claresçant, intentum, quod sibi pro omnibus numeris absolutam obtinere. Placentiæ in Cœnobio S. Augustini V. Idus Novembr. Anno 1724.

Ego D. Alexander Clappinius, in Congregatione Lateranensi S. Th. Lector, nunc Abbas perpetuus, & Visitator.

MAXIMO animi mei oblectamento perlegi, & diligenter, atque attentè examinavi probationes, & argumenta perdoctè, & eruditè a Clarissimis, Sapientissimisque Auctoribus exposita in Dissertatione

tatione Hiſtorica de Tumulo S. Marcellinæ Virginis Sororis ter Magni Antiſtitis Ambroſii &c. ad probandam Corporis ejuſdem eximiæ Virginis Identitatem atque individuationem in antiquiſſima Ambroſianæ Baſilicæ Confeſſione; accedente etiam (ut moris eſt, & docent, ſeu præcipiunt Canones, & Jura tum Canonica, tum Civilia) ſpeciali examine Cinerum, & Oſſium peracto a Viris in re Anatomica peritiſſimis, unanimiter concludentibus eſſe humani Corporis partes, & quidem unius tantùm, & ad fœmineum Sexum comprobandum non leviter aptas, cæteris aliis concurrentibus, quæ ad hanc Identitatem evincendam unice neceſſaria ab omnibus concludenter admittuntur.

Adduntur quamplurima alia documenta a prælaudatis Auctoribus in prædicto Opere uſque ad ſatietatem. Inter alia, uſque adhuc non interruptus Populi concurſus venerandi causâ tantæ Virginis Reliquias repetitæ Sacrorum Antiſtitum in Archiepiſcopalibus Viſitationibus comprobationes, Principum munera largâ manu in devoti, atque obſequentis animi Monimentum effuſa, incruenta Sacrificia decreta, Lampades ad ejus Tumulum ardentes, ejus Sanctitatem ignitis linguis profitentes, frequentes Civium ſimul, & Exterorum Supplicationes intemeratæ Virginis opem implorantium, Inſcriptiones, atque Imagines ad noſtra uſque tempora deductæ omnium oculis objiciuntur, & aliæ hujuſmodi, quæ omnia ſingillatim hic enumerare meum non eſt, de quibus omnibus in eruditiſſima Diſſerta-

tione,

Digitized by Google

tione, cui libenter me submitto, & in qua luculenter comprobatur prædictas Reliquias ab omnibus excolendas esse, tanquam verum S. Marcellinæ Corpus, quod & ego constanter approbo, & teneo.

Imò, plusquam par est, intentum evincitur ab Auctore ribus, cum hic agatur de sancta, sed non de novo Sanctorum Catalogo adscribenda, sed jam a tot seculis adscripta, & tot ætatum decursu in Historiis, Martyrologiis, aliisque hujusmodi antiquissimis, & nullo contradicente, lidissimis documentis venerata, & approbata. Ideirco mentis fum hujus tantæ admissa, & approbata. Ideirco mentis fum hujus tantæ Virginis Cineres, & Ossa possse, imò deberi publico cultui exponi, & quidem eà majori pompâ, quà gatur de Sanctissimâ Orbe quinimò specialissimâ, cum Ossii, toto terrarum rore Maximi Doctoris Ambr celeberrimi, & hujus Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopi Optimi.

IV. Nonas Martii. Anno Jubilæi 1725. SS. Spiritus, & Ego D. Joseph Maria Giorgi Abbas Gallè Papien. Ord. S. Benedicti.

XI.

Maturè, & accuratè perlegi fundamenta posita in Dissertatione Historica de Tumulo Marcellinæ Virginis, Sororis Sanctissimi nostri Ambrosii &c., quibus Illustrissimus Josephus a Laude S.T.D., & Archipresbyter in Imperiali Basilicæ

Basilica S. Ambrosii Mediolani, & A. R. P. D. Alan de Maculanis, ejusdem Basilicæ Monachus Cisterciensis, Sac. Theol. Magister, intendunt probare veritatem, possessionem, & Identitatem Corporis ejusdem Sanctæ Virginis in Ambrosianæ Basilicæ Confessione Maturè, inquam, perlegi, & non modò semiplenam probationem observavi, sed evidentem, quasi dicerem, demonstrationem vidi. Evidens enim principium apud DD. est, quòd possessor olim, & hodie possessor præsumitur, sed rationes adductæ per Sapientissimos Auctores ostendunt, non solùm Populum Mediolanensem, sed ferè totum Mundum fuisse certum etiam olim de veritate, & Identitate Sacrorum Ossium Divæ Marcellinæ in Celebri dicta Confessione ergo & hodie.

Insuper in casu concurrunt omnes conditiones requisitæ, ut tutà conscientià exponantur publicæ Venerationi Sacra Ossa Divæ Marcellinæ; Etenim ille tutà conscientià procedit, qui prudenter procedit; in præsenti prudentissimè procedunt Eruditissimi Scriptores in causa Identitatis Exuviarum S. Marcellinæ Virginis. Ut enim quis prudentissimè procedat, tres actus requiruntur, ut docet *D. Tho:* 2. 2. *qu.* 47. *art.* 8. *in corp.* nempe consiliari de mediis, judicare de eisdem, & præcipere opus. Legat, qui trepidat ubi non est timor hanc Dissertationem Historicam de Tumulo &c., & videbit quòd tanta præconsultatione, & circumspectione circumstantiarum consiliantur de mediis, & judicant

de

de iisdem in ordine ad perſuadendam Identitatem
Corporis S. Marcellinæ ſupradicti nunquam ſatis lau-
dati Diſſertatores, ut omnem excludant formidinem.
Hinc nihil aliud remanet, niſi quòd Eminentiſſimus,
& Reverendiſſimus D. D. Cardinalis Archiepiſcopus
tertium ponat actum (qui eſt præcipuus Prudentiæ)
præcipiendo ſcilicet, ut dicta Sacra Oſſa publicæ expo-
nantur Veneration i.

Addo: Si quando videmus Sacerdotem ad Altare re
Sacris Veſtibus indutum genuflectere, elevare Hoſtiam,
& illam oſtendere Populo, tantam inducit certitudi-
nem, quòd ibi ſit Corpus Chriſti, quamvis non ſimus in
certi, quòd talis Sacerdos conſecraverit, ut ſi quis in
elevatione Hoſtiæ facta a Sacerdote, quando eſt ad
Altare, non oſtenderet aliqua ſigna reverentiæ, eſſet
denunciandus ad Tribunal S. Officii: Quomodo tot
indicia, tot ſingulares circumſtantiæ, tot præſumptio-
nes evidentes, tot auctoritates Doctiſſimorum Virorum,
publica Vox, & Fama fundata in acquiſita Traditione,
quæ omnia luculenter afferuntur ab Eruditiſsimis Auc-
toribus, non inducent certitudinem talem, ut conſtan-
ter aſſeramus a dicta Confeſsione erutas Reliquias eſſe
S. Marcellinæ?

Nec eſt quærenda phyſica, vel metaphyſica certitudo;
hoc enim eſſet impoſsibilia quærere, & licèt poſſet dari,
non debemus illam attendere; Ut enim optimè Emine-
tiſs. meus Cajetanus 2. 2. q. 67. in Commentariis art. 2. V. ad
ſextum,

ſextum, finis juſtitiæ publicæ non eſt veritas facti abſolu
tè, ſed veritas facti publica homini: Et licèt (infra ider
Eminentiſſimus) finis legis ſit reddere unicuique ju
verè ſuum, finis tamen juſtitiæ publicæ humanæ e
reddere jus ſuum, non ſimpliciter, ſed quantum pote
ſtas, & ſcientia publica ſe extendere poſſunt, neque
plus exigendum eſt ab homine: Et gloſſando tertiu
argumentum ait: Non tenetur Judex humanus jud
care ſicut judicat Deus, ſed tenetur judicare ſicut vu
Deus quòd homo judicet: Statuit autem ipſe Deu
ut homo judicet ſecundùm veritatem publicam, 1
patet ex eo quòd dixit: In ore duorum, vel triu
teſtium ſtat omne verbum; undè Judex, judicanc
ſecundùm allegata, & probata, judicat ſecundu
Deum, & conſcientiam publicam.

Hinc Doctor Angelicus *quæſt. citatâ*, *art. cit. ad* ait: Homo de his, quæ ad propriam perſonam pert
nent, debet informare conſcientiam ſuam ſecundu
ea, quæ novit; ſed in his, quæ pertinent ad publica
poteſtatem, debet informare conſcientiam ſuam ſecu
dùm ea, quæ in publico judicio ſciri poſſunt. Et A
guſtinus ſuper Pſalterium dicit: Bonus Judex nihil
arbitrio ſuo facit, ſed ſecundùm Leges, & jura pr
nuntiat. Hæc cum ita ſint dignum eſt, ut quam
Cœlo ſursum Deus glorificat, hìc inferiùs ad ſuum P
trocinium Mundus colat. Quare ſinè ulla formidin
poteſt Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D.D. Ca
dinalis

malis Archiepiscopus Mediolanensis Reliquias, seu Ossa
S. Marcellinæ, ad horem Dei, & ejusdem Celeber-
rimæ Virginis, publicæ adorationi exponere. Ita sentit
VIII. Idus Februar. Anno 1725.

Fr. Hyacinthus Maria Longhi Ordinis Prædicatorum
Sac. Theol. Magister, & Regens in Studio Generali
S. Eustorgii de Mediolano.

XII.

JUcundissimum mihi fuit legere Dissertationem de
Tumulo S. Marcellinæ concinnatam a Clarissimis,
& doctissimis Viris Septimio a Laude S. T. Doc-
tore, Archipresbytero in Ambrosiana Basilica, & D.
Alano de Maculanis S. T. Magistro, Præfecto Biblio-
thecæ in Monasterio Ambrosiano. Elucet in hoc Opere
multipler eruditio, elegantia styli, &, quod præcipuum
est, nitida robustæ veritatis expressio. Fateor me suа-
vissimè quidem, sed penitus adductum in eam senten-
tiam, ut judicem morali certitudine constare Reliquias,
die XVII. Septembris Anni MDCCXXII. repertas in
Arca educta ex Confessione Ambrosianæ Basilicæ, esse
verum Corpus S. Marcellinæ Virginis, Sororis Sancti
Ambrosii.

Censeo propterea Eminentissimum Archiepiscopum
tutò posse, juxta normam a Concilio Tridentino, &
Sacris Canonibus traditam, declarare prædictas Reli-
quias esse S. Marcellinæ, & ut tales exponere publicæ Vene-

Venerationi. Et ſanè hìc non agitur de novis **Reliqui** ſcilicet alicujus nondum ab Eccleſia agniti pro **Sanct** Agitur de Reliquiis antiquis noviter inventis, ſeu **veriù** recluſis ex eodem Tumulo, in quo Ambroſiana **Baſilic** reconditum a Beato Simpliciano S. Marcellinæ **Corpu** latère gloriabatur, & tantæ Gloriæ ſemper perſevera vit in pacifica poſſeſſione. Ejuſdem gloriæ publican Famam Sanctus Carolus, Veritatem Cardinalis Fede ricus Borromæus in actuali Archiepiſcopali Viſitatione confirmant. Eandem comprobant antiqua plura Monumenta. Stetit loco conſtans Cultus, honos Miſſarum & Luminum: Stetit uſque ad effoſſionem Arcæ impoſitum Arcæ, & Tumulo Altare, ſicut prædicta Diſſertatio luculenter demonſtrat. Repertus eſt Tumulus ſignatus binis Inſcriptionibus teſtantibus ibi contineri Corpus S. Marcellinæ. Repertæ ſunt in Arca unius duntaxat Corporis Reliquiæ. Quomodo igitur reluctari poſſimus, quin credere, & fateri cogamur hoc eſſe ipſiſſimum Sanctæ Marcellinæ Corpus, quod ibi ſervari erat jam omnibus perſuaſum, cujuſque conſpectum optabamus omnes, & expectabamus? Nullus planè jam ſupereſt prudenti dubitationi locus; Siquidem & nihil omnino poſitivum obſtat in contrarium, & pro Identitate prædicta, non ſolùm adeſt plena, ac perfecta præſumptio, ſed etiam tale concurrit complexum circumſtantiarum, ut faciat eam moralem evidentiam, quæ in hujuſmodi rebus requiri poteſt. Hanc autem ſplendidam adeò in caſu noſtro veri apparentiam ſatis,

ſuper-

superque esse, ut tutò
sit videtur patêre ex re
gravium Theologorum
tatione allegatis.

ad approbationem procedi pos-
cepta in similibus praxi, ex tot
sententia, & ex aliis in Disser-

Restat ut Eminent
in hoc citò consolari
tissimæ Virginis Sacris
cultus Celebritatem co

nus Antistes noster dignetur
pia Populorum vota, & Meri-
exuviis publici, & solemnioris
cedere. Ita salvo meliori judi-
cio &c.

IV. Non
Johannes Baptista
Universitate Theo

nuar. anno 1725.
ta Societatis Jesu, in Braydense
ia Moralis Lector, Sacræ Scrip-
tura Interpres, &
Bibliothecæ Præfectus.

FINIS

Digitized by Google

INDEX RERUM NOTABILIUM.

NUMERUS EST MARGINALIS.

A

ALBERTI DEL Fabrûm Præfecti commendatio. N. 9.

ALTARE Sancto Ambrosio dicatum in Confessione Basilicæ Ambrosianæ. N. 8.

Altare Sanctæ Marcellinæ Sacrum in eadem Confessione. Ibidem.

Altare S. Andreæ olim in Ambrosiana Basilica. N. 11.

Altare S. Justinæ olim in eadem Basilica. Ibid.

Altaria Sepulcris Sanctorum superinducere olim erat in usu apud Catholicos. N. 55.

Altaris Sanctæ Marcellinæ in Confessione Ambrosiana antiquitas. N. 11., & 55.

Altaris ejusdem antiqui accurata descriptio. N. 15.

S. AMBROSIUS quatuor Basilicas ædificavit. N. 4.

Ejusdem plana, & admirabilis eloquentia. N. 27.

Ambrosii Sacrum Corpus sub Ara principe Ambrosianæ Basilicæ humatum. N. 49.

Ambrosii Sepulcrum vel in miserrimis, atque cruentis temporibus inoffensum semper remansit. Ibidem. Occlusa

Occluſa etiam olim quælibet via in idem Sepulcrum. Ibidem.
Ambroſii Religio, & conſtantia in evertendis Superſtitionibus. N. 1., & 2.
ANFOSSII Elogium. N. 65.
ANGELBERTUS Mediolanenſis Archiepiſcopus ſepultus in Confeſſione Ambroſiana. N. 10.
ANSELMUS Mediolanenſis Antiſtes in Ambroſiana Baſilica juxta Altare S. Marcellinæ humatus. N. 34.
ARCÆ, quæ Sacra Marcellinæ Oſſa includebat, deſcriptio. N. 16.
ARCHIEPISCOPORUM Mediolanenſium erga Marcellinam Religio. N. 34.
ARDERICUS Mediodiolanenſis Archiepiſcopus. N. 10.
ARDUINI Regi
vilegio oſtendit
pus Sanctæ M
næ in Sacra A
ſiana Æde requi
N. 35.
Arduinus Lampade
petuò accenden
cernit antè Co
Marcellinæ. Il
ATTONIS E
Vercellenſis Teſt
tum. N. 10.
Ex eodem teſtim
de Corpore S.
cellinæ in Ambr
Baſilica. Ibide
Atto legat quatuo
les Capitulo Me
litano. Ibidem
Miſſæ Sacrificium
brandum, & L
recitandas quo
ſtatuit antè
Sanctæ Marc
Ibidem.

Digitized by Google

B

BARONII sententia Sanctam Marcellinam Romæ de-
rentis Sanctam Marcellinam Romæ de-
ctam. N. 24.
Erroris redarguti in hoc
a Puricello. N. 2
Prædicta sententia validi-
dissimis documentis re-
jicitur a N. 27. usque
ad N. 30. inclusivè de-
Baronii testimonium
Corpore S. Marcelli nec
in Ambrosiana Sacra-
Æde, imò in Confes-
sione ejusdem humato-
N. 43.
BASILICA AMBROSIANA unde, & quando
NA undè, & quando
talem appellationem
duxerit. N. 1.
Opinio asserentium ex-
tisse antè Redempti-
nem Terrarum Orbis
Æsculapio dicatam
Ibidem.
Opinio asserens olim fuisse S.
se Delubrum Baccho dicatum. N. 2., & 5.
Ab Ambrosio primis e fundamentis erecta. N. 4
Basilicæ Ambrosianæ dignitas. N. 6.
Ejusdem, quæ superioribus annis imminebat, ruina describitur. Ibid.
Ejusdem restauratio. N. 7.
In Ambrosianæ Basilicæ restauratione publica, & privata liberalitas. Ibidem.
In miserrimis Mediolani excidiis, nec non in ipsa devastatione a Friderico Ænobarbo imperata, semper evasit incolumis. N. 49., & 62.
A BASILICA PETRI Joh. Franciscus designat Tumulum Marcellinæ in Loco Loci in Ambrosiana Confessione. N. 46.
S. BENEDICTUS Mediolanensis

diolanenſis Archiepiſcopus in Ambroſiana Baſilica humatus, ſed locus Tumuli ignoratur. N. 45.
BENEDICTI CARDINALIS ODESCALCHI Mediolanenſis Archiepiſcopi multiplex Munificentia, & Pietas. N. 7., & 8.
Munificentia in reſtauratione Ambroſianæ Baſilicæ. N. 7.
Confeſſio (vulgò Scurolum) Ambroſianæ Baſilicæ reſtaurata duntaxat ejuſdem ſumptibus. N. 13.
Sacra Marcellinæ Oſſa ritè recognoſcit: ex Arca lapidea educit, & capſulis ligneis incluſa obſignat. N. 17.
Meritiſſimum ejuſdem Eminentiſſimi Principis Elogium. N. 70.
Ipſius Meritis Translatio ſolemnis Reliqu
S. Marcellinæ fe
tur. Ibidem.
Ad eundem depr
Auctorum hujus
ris, ſimul & gr
tio. Ibidem.
BENVENUTUS
RAMBALDIS
ficatur Corpus S
cellinæ in Ambr
Baſilica requie
N. 37.
S. BERNARDUS
nalis Epiſcopus
menſis, ope
ex improviſo aſſ
tis, Corpus S
broſii videre m
N. 49.
BEROLDI teſtim
de Corpore S.
cellinæ in Ambr
Baſilica. N. 36
BESTÆ Jacobi P
teſtimonium de
Loci Tumuli S.
cellinæ in Conſ
Ambroſiana. N
Bl

BREVIARIUM Ambrosianum testatur Corpus S. Marcellinæ in Basilica S. Ambrosii asservari. N. 2 & 38.

BREVIARIA cum antiqua, tum recentiora testimonium reddunt de Corpore S. Marcellinæ apud Fratris collocato. N. 44.

C

CALENDARIA antiqua, etiam MSS. in pergamena, testificantur S. Marcellinæ Corpus in Ambrosiano Templo requiescere. N. 3

CANONIZATIO Sanctorum ad Apostolicæ Sedis Oraculum avocata, & quonam tempore. N. 8.

CARISII testimonium de Corpore S. Marcellinæ in Ambrosiana Confessione. N. 43.

S. CAROLI Borromæi testimonium de Corpore S. Marcellinæ. N. 22.

CASTILLIONÆI Bonaventuræ Elogium. N. 1.

Ejusdem testificatio de Corpore S. Marcellinæ. N. 43.

CEREUS GLOBUS pro cultu SS. Exuviarum Sanctorum Ambrosii, Gervasii, & Protasii, Satyri, & Marcellinæ ab Exteris ad hanc Basilicam transmissus. N. 63.

CIRCUMSTANTIÆ, & conjecturæ aliquando plenam probationem faciunt. N. 65.

B. CLAUDIÆ Artus suppositi loco Corporis S. Marci. N. 63.

CLEMENS VIII. P. M frustra perquirit Corpus

pus Sancti Hieronymi in Basilica Liberiana. N. 45.

CODICIS Bibliothecæ Ambrosianæ testimonium de Corpore S. Marcellinæ in Ecclesia S. Ambrosii. N. 38.

COLLEGIA Ecclesiastica Ambrosianæ Basilicæ sententiam de possessione Corporis Sanctæ Marcellinæ a Majoribus suis acceptam quotidianis Litaniis confirmant. N. 61.

COLUMNÆ binæ, una Serpentem præferens, altera Dominicâ Crucem, olim extabant in Ambrosiana Basilica. N. 1.

CONCILII CÆSARAUGUSTANI decretum de veris Sanctorum Reliquiis secernendis, mediâ probatione ignis. N. 66.

CONFESSIONIS AMBROSIANÆ status pridem informis describitur. N. 8., & 13.

Ejusdem antiquitas coæva Templo Ambrosiano. N. 9. Comprobatur toto N. 10.

Recens prænobilis restauratio describitur. N. 14.

CORIÆ Familiæ commendatio. N. 9.

CORII, aliorumque Auctorum error de tempore constructionis Ambrosianæ Confessionis. N. 9.

Hujus Scriptoris verba de constructione prædictæ Confessionis quomodo intelligenda. N. 12.

CORONATIO Joh. Galeatii Vicecomitis in Primum Ducem Mediolani in Ambrosiana Basilica. N. 1.

DO-

Digitized by Google

D

DOCUMENTA de repoſſeſſione Corporis S. Baſilicæ, & Confeſſionis Ambroſianæ in pendium redacta. N. 62.

DOMUS AVITA Sanctæ Marcellinæ in Romana Urbe tranſitus in Aſceterium Virginum Ordinis S. Benedicti. N. 63.

E

ECCLESIA CATHOLICA quare ſuis in primordiis Miraculis indiguerit. N. 67.

S. Eccleſiæ Mediolanenſis conſuetudo invocandi triduo Litaniarum ſingulis in Delubris Sanctorum nomina, quorum ibi coluntur oſſa. N. 61.

EPITAPHIA inſcribendi laudabilis, & priſca conſuetudo. N. 53.

Olim etiam parietibus inſcribebantur. N. 54.

Epitaphia, & Elogia Sepulcralia certò nos docent Sanctorum Corporum exiſtentiam. Ibidem.

EPITAPHIUM S. MARCELLINÆ Tumulo inſcriptum a S. Simpliciano Ambroſii Succeſſore. N. 24., & 53.

De hoc Epitaphio Sanctæ Marcellinæ Plurium Scriptorum teſtimonia. N. 53.

Idem Epitaphium quo infortunio a nobis in Confeſſione non ſit inventum. N. 54.

EXTERI partem aliquam Reliquiarum S. Marcellinæ deſiderant. N. 63.

FA-

F

FAMA conſtans tam apud Cives, quàm apud Exteros de Corpore Sanctæ Marcellinæ in Confeſſione Ambroſiana. N. 42.

Fama per duos, vel etiam unicum idoneum teſtem probatur. Ibid.

FEDERICI BORROMÆI Cardinalis verba de tranſferenda Arca, & Altari S. Marcellinæ. N. 22., & 70.

Ejuſdem teſtimonium de Corpore S. Marcellinæ. N. 22.

Hujus vigilantiſſimi Præſulis commendatio. Ibidem.

FOEMINEI SEXUS indicia quædam in Oſſibus Naturæ inſculpſit, difficillimæ tamen cognitionis, præſertim in Artubus magna antiquitate attenuatis. N. 21.

FERRARII Philippi teſtimonium de Corpore S. Marcellinæ apud S. Ambroſium humato. N. 29.

FESTUM Sanctæ Marcellinæ quotannis peculiari obſequio celebratum. N. 58.

Qua ſolemnitate celebraretur Seculo XII. N. 57., & Seculis ſequentibus. N. 58.

FURTUM Clavi Dominicæ Crucis, ab Epiſcopo Metenſi patratum Auguſtæ Trevirorum, ingenti Miraculo detectum. N. 66.

G

GALVANEI FLAMMÆ teſtimonium de Corpore S. Marcellinæ in Confeſſione Ædis Ambroſianæ. N. 43.

Digitized by Google

A S. GEORGIO Joh. Antonii Ambrosianæ Basilicæ Præpositi, & postmodum S. R. E. Cardinalis Elogium. N. 56.
Religio erga S. Marcellinam. Ibidem.
Sacrificium quotidianum Altari S. Marcellinæ idem legat. Ibidem.
GUIFFREDI BUSSERI testimonium de Sancta Marcellina. N. 36.

H

S. HIERONYMI Exuvias Romæ in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris asservari compertum est; sed Locus Tumuli ignoratur. N. 45.
HIPPOLYTUS II. Estensis S. Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopus. N. 49.
HISTORICI Scriptores, maximè in excutiendis antiquitatibus, possunt aliqua in parte decipi, & quare. N. 51.
Quomodo corrigendi. Ibidem.
Non ideo condemnandi in facti substantia tanquam suspectæ fides. Ibidem.

I

JACOBI PHILIPPI BERGOMENSIS testimonium de Corpore S. Marcellinæ in Confessione Ambrosianæ. N. 43.
IDOLOLATRIA quando expiraverit in Civitate Mediolani. N. 20.
IMAGINES SANCTORUM

RUM firmum argumentum pro Reliquiis eorundem. N. 59.
Consuetudo apponendi Imagines Sanctorum, ubi eorum Corpora asservantur. Ibidem.
IMAGO S. MARCELLINÆ in fronte antiquissimi Altaris eidem Virgini dicati depicta. N. 15.
Ejusdem multiplex Imago cum in Ambrosiana Basilica, tum in Confessione. N. 60.
Validum præbet argumentum pro Reliquiis S. Virginis. Ibidem.

L

LAMPAS antè Corpus S. Marcellinæ Regiâ liberalitate Arduini accensa. N. 35.
LANDULPHUS Mediolanensis Archiepiscopus in Ambrosiana Basilica humatus antè Altare S. Marcellinæ. N. 34.
LECTIONARIUM antiquum testatur Corpus S. Marcellinæ juxta Fratris Ambrosii Tumulum collocatum. N. 44.
LITANIÆ TRIDUANÆ a S. Lazaro Mediolanensi Archiepiscopo primùm institutæ. N. 61.
LOCUS LOCI Tumuli Sanctæ Marcellinæ in Confessione Ambrosiana ostenditur. N. 46., & sequentibus.

M

S. MANSUETI Mediolanensis Archiepiscopi Corpus in Ambro-

Digitized by Google

broſiana Sacra Æde humatum, ſed quanam in ejuſdem parte neſcitur. N. 45.

S. MARCELLINA Mediolani, non autem Romæ defuncta. N. 28., & duobus ſequentibus.

Marcellinæ inter vivos degentis Hoſpitium Mediolanenſe. N. 28.

Fratri Satyro Ægrotanti, & morienti ultimum dilectionis obſequium exhibet. N. 29.

Marcellinæ antiquum Sepulcrum in Confeſſione Ambroſiana deſcribitur. N. 15., & ſequenti.

Marcellinæ Oſſa duo Anatomiæ Doctores exacte recognoſcunt, examinant, ac ſuo quæque nomine enuntiant. N. 19., & ſequenti.

Unius tantùm Corporis Oſſa eſſe declarantur. N. 20.

In ſecunda Viſitatione Delegati ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo in lignea Capſa includunt, & Sigillo ejuſdem Eminentiſſimi obſignant. Ibidem.

Singillatim propriis nominibus enuntiata enumerantur, & deſcribuntur. Ibidem.

Ex antiquo Tumulo quandonam educta, quo ritu, qua lætitia, & quibus adſtantibus. N. 17., & ſequenti.

Marcellinæ inſignis Sanctitas innuitur. N. 23.

Marcellinæ Corpus in Ambroſiana Baſilica aſſervari ex antiquis Monumentis MSS. oſtenditur N. 10. Item à N. 32. uſque ad 41. incluſivè.

In Confeſſione Ambroſianæ

sianæ Ædis requieſcere comprobatur N. 42., & duobus ſequentibus.

Primævo, eodemque in Tumulo intactũ ſemper ſervatum. N. 63.

Marcellinæ Tumulo ſuperinductum Altare. N. 55.

Marcellinæ Aræ, & Delubra in Mediolanenſi Diœceſi dicata. N. 63.

S. MARCI Corpus Alexandriâ Ægypti Venetias deportatum, & a quibus. Ibidem.

MARTINO Ambroſianæ Eccleſiæ Præpoſito Epiſtola pro obtinendis Reliquiis S. Marcellinæ. Ibidem.

MARTIROLOGIA S. Marcellinæ Corpus Mediolani requieſcere affirmant. N. 31.

MEDIOLANI deflendum excidium a Friderico Ænobarbo imperatum. N. 49.

MEDIOLANENSIS POPULI Veneratio erga S. Marcellinam. N. 56.

MIRACULA aliquando neceſſaria ad oſtendendam Reliquiarum veritatem. Ibidem.

Miraculorum nulla neceſſitas ad probandam Identitatem Corporis S. Marcellinæ. N. 56., & ſequenti.

Miraculis non indigemus in iis, quæ Naturæ viribus aſſequi poſſumus. N. 57.

MISSÆ SACRIFICIUM antè Corpora Sanctorum Ambroſii, Protaſii, & Gervaſii. N. 10.

Item antè Corpus Sanctæ Marcellinæ. Ibid.

MISSALIS antiquiſſimi teſtimonium de Corpore S. Marcellinæ in Am-

Ambrosiano Templo. N. 33.
MOMBRITII testimonium de Corpore S. Marcellinæ in Confessione Basilicæ Ambrosianæ. N. 43.
MONETA Raphael calamum acuit in Puricellum, ut sententiam Baronii tueatur asserentis Marcellinam Romæ defunctam. N. 25.
Ejusdem fundamenta. Ibidem, & N. 26.
MONIALES S. AMBROSII IN MAXIMA de Urbe ne minimam quidem particulam Corporis Sanctæ Marcellinæ possident. N. 63.
P. Abbatis S. Crucis in Jerusalem de Urbe super hoc Epistola. Ibidem.
Earundem Monialium preces Eminentissimo Archiepiscopo Odescalco porrectæ pro obtinenda aliqua parte Reliquiarum Sanctæ Marcellinæ. Ibidem.
MONUMENTORUM veterum, & Sepulcralium inscriptionum jactura deflетur. N. 52.
MORIGIA Paulus testatur S. Marcellinæ Exuvias in Ambrosiana Confessione asservari. N. 43.
MUSIVUM OPUS antiquissimum in Odeo Ambrosiano. N. 60.
P. Stavoli e Societate Jesu judicium de eodem Musivo. Ibidem.

P

PEREGRINI Bartholomæi Martyrologium MS. testatur Corpus Sanctæ Marcellinæ in Ambrosiana Confessione

Digitized by Google

ſione aſſervari. N. 43.
S. PETRI IN COELO AUREO Papiæ Templum exornatum, non excitatum a fundamentis a Luitprando Rege. N. 12.
S. PETRONILLÆ Epitaphium, N. 53.
De eodem variæ opiniones. Ibidem.
PETRUS, dictus Oldradus, Mediolanenſis Archiepiſcopus Ambroſiani Monaſterii Fundator. N. 6.
PHILIPPI, PORTII, ET FAUSTÆ pietas in Sacris Ædibus ædificandis. N. 3.
PLATEA Carolus Bartholomæus falsò aſſerit reperiri Reliquias S. Marcellinæ in Aſceterio Sancti Ambroſii in Maxima de Urbe. N. 63.
POLYANDRION quid ſignificet. N. 3.
POSSIDERE quis præſumatur. N. 62.
PROBATIO SEMIPLENA ſufficit in materia Reliquiarum. N. 65.
PRECES PUBLICÆ ad Sanctam Marcellinam in Ambroſianæ Baſilica quieſcentem. N. 61.
PURICELLUS in Raphaelem Monetam inſurgit, ut oſtendat Marcellinam Mediolani, non Romæ defunctam. N. 17.
Luculenter oſtendit Locum Loci in Confeſſione Ambroſiana Tumuli Sanctæ Marcellinæ. N. 46.

R

RELIQUIARUM SANCTÆ MARCELLINÆ ne quidem minimum

Digitized by Google

num ulla Regio, aut Provincia poſſidere dignoſcitur. N. 63.
RELIQUIÆ quænam exponi poſſint inaudito Sedis Apoſtolicæ Oraculo. N. 22.
Quænam deficiente conſenſu, & approbatione Ordinarii. Ibidem.
Reliquiæ Sanctorũ Martyrum Neſtabii, Euſebii, & Zenonis a Gazenſibus immixtæ Oſſibus Camelorum, & Aſinorum, & quonam prodigio diſcretæ. N. 66.
Reliquiæ Sanctorum validum contra Divinam iracundiam præſidium. N. 69.

S

S. SALVATORIS Templum foris, & prope Civitatem Ticinenſem ab Ariberto Rege conditum. N. 12.
S. SATYRI Corpus ſe poſſidere acriter contendunt Monachi Ciſtercienſes, & Olivetani. N. 50.
S. Satyri Tumulus a Ciſtercienſibus, & Olivetanis prætenſus nobis objicitur. N. 48.
Huic objectioni occurritur. N. 51.
De SAXIIS Fratrum Virtus, & Excellentia. N. 14.
SCRIPTORES HISTORIÆ PATRIÆ pluris faciendi, quàm Exteri; Nec ambiguæ, aut nullius fidei ſunt damnandi. N. 47.
SERPENS ÆNEUS Columnæ inſidens in Ambroſiana Baſilica. N. 1.
Ejuſdem Species, & figura. Ibidem.

Ser-

Serpentis, in cujus forma colebatur Æsculapius, Species, & figura. Ibidem.

S. SIMPLICIANUS Mediolanensis Antistes Sanctæ Marcellinæ Corpus Tumulo intulit, & poetico Epitaphio exornavit. N. 24, & 53.

SYNODUS convocata in Ambrosiana Basilica anno DCCCCXLV. N. 10.

T

TABELLÆ antiquæ testimonium exhibent de Corpore S. Marcellinæ in Sacra Æde Ambrosiana. N. 39.

Quantæ fidei sint eædem Tabellæ. Ibidem.

THOLI (vulgò Cuppola) Ambrosiani Templi antiquitas. N. 6.

PETRI GLUSSIANI error de tempore ædificationis ejusdem Tholi. Ibidem.

Temporibus Sancti Caroli Borromæi instauratus duntaxat, & exornatus, & quorumnam impensis. Ibid.

TRADITIONIS solius, & Famæ indicio Sanctorum Reliquiæ publico cultui aliquando expositæ. N. 67.

TURRIS NOVA e latere sinistro Ambrosianæ Basilicæ, quo tempore constructa. N. 5.

V

VASTHIUS Alphonsus Marchio, Provinciæ Mediolanensis Supremus Moderator, Sancti Ambrosii Corpus invi-

Digitized by Google

invisere tentavit, sed cœlesti prodigio territus minimè potuit. N. 49.

VISITATIONUM Commentaria plenissimam fidem faciunt in materia Reliquiarum. N. 22.

URBANI VIII. Constitutiones ad tollendos abusus in colendis Imaginibus, & Cineribus piorum hominum. N. 58.

Z

ZENTILINI de Mayno Ecclesiæ Majoris Presbyteri, & Cardinalis nuncupati, nec non simul Canonici Sancti Ambrosii, & Præpositi Bruzani opera, & studio Breviarium Ambrosianum impressum in Ædibus Canonicalibus hujus Basilicæ. N. 38.

FINIS

Digitized by Google

DE Mandato Reverendiſſimi Patris M. F. Sylveſtri Martini de Ferraria Inquiſitoris Generalis Mediolani, ejuſque Status, ac Dominii perlegi librum, cui titulus: *Diſſertatio Hiſtorica de Tumulo Sanctæ Marcellinæ Virginis, Sororis Sanctiſſimi Parentis noſtri Ambroſii, Studio, & Opera Joſeph Septimii a Laude S. T. D., Archipresbyteri in eadem Baſilica, nec non SS. Ambroſii, & Caroli Oblati, & D. Alani de Maculanis S. T. M., Monachi Ciſtercienſis, & in Monaſterio Ambroſiano Archivo, & Bibliothecæ Præfecti*, nihilque reperi, quo minus typis mandari poſſit. Ex Ducali Conventu S. Mariæ Gratiarum Mediolani 14. Aprilis 1725.

Fr. Angelicus Thomas Cuneo Ordinis Prædicatorum S. Theologiæ Profeſſor, & Philoſophiæ Lector.

Stante præfata atteſtatione.

IMPRIMATUR.

Fr. Sylveſter Martinẽ Ord. Præd. Inquiſitor Generalis Mediol. &c.

Dominicus Criſpus Par. SS. Vit., & 40. Martyrum pro Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Cardinali Odeſcalco Archiepiſcopo.

Gallarinus pro Excellentiſſimo Senatu.

AQ1 1471455

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

K. 56.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google